# DILVCIDA
# ET ELEGANS
# INTERPRETATIO
## AD BVLLAM ALEXANDRI III. P. M. DE IVBILEO D. IACOBI
vnici Hiſpaniarum Patroni.

*AVTHORE D. BENEDICTO MENDEZ A Parga, & Andrade I.C. Compoſtellano, ibidem Cathedræ primariæ ſacrorum Canonũ Moderatore emerito. Apoſtolicæ etiam Eccleſiæ Canonico Lectorali, Inquiſitore Apoſtolico huius Regni, & pro Regio fiſco iudice conſtituto.*

OPVS SANE THEOLOGIS, ET IVRIS peritis, Concionatoribus, Parrochis, & Confeſſarijs, maxime neceſſarium, non tam quę ad Iubileum D. Iacobi, ſed quæ, ad quoſcumque alios, indulgentiasve, ac earum conceſsiones pertinent, induſtria & eruditione, complectens.

*AD DECANVM, ET CAPITVLVM eiuſdem Eccleſiæ.*

Cum licentia ſupremi Senatus, & Ordinarij. Dupliciq; indice, altero materiarum, quem reperies in principio, altero vero in fine, rerum memorabilium, quę in toto opere continentur.

COMPOSTELLÆ, Excudebat Ioannes Guixard de Leon, Tipographus totius Regni, anno 1628.

cio de diez a[illegible]
deſde el dia de[illegible]
que vueſtro p[illegible]
primir y ven[illegible]
del Iubileo d[illegible]
o ſu original,
rubricad[illegible]
ſtro Secreta[illegible]
Conſejo reſiden[illegible]
te ellos juntame[illegible]
dicha impreſſi[illegible]

gares de los nueſtros Reinos y Señorios, y a cada vno dellos en ſu juriſdicion guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y contra ella no vayan ni paſſen, ni conſientan yr, ni paſſar en manera alguna, ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Dada en el Pardo a tres dias del mes de Hebrero de mil y ſeiſcientos y veinte y ſiete años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro ſeñor. D. Sebaſtian de Contreras.

EX·BIBLIOT·REG·COMPOST·ACAD

# EL REY.

POr quanto por parte de vos el Dotor Benito
Mendez de Andrade Inquiſidor en el nueſtro
Reino de Galicia, y Canonigo de la ſanta Igle
ſia de Santiago, nos fue fecha relacion auiades
compueſto vn libro intitulado Eſplicacion del
Iubileo de Sãtiago, el qual os auia coſtado mu
cho trabajo, y era muy vtil y prouechoſo, y por ello nos pe-
diſtis y ſuplicaſtis os mandaſſemos dar licencia y facultad pa
ra poderle imprimir por el tiempo que fueremos ſeruido, o
como la nueſtra Merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nue
ſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligen
cias que la Prematica por nos vltimamente fecha ſobre la im
preſſion de los libros diſpone, fue acordado q̃ deuiamos man
dar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, y nos
tuuimoſlo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad
para que por tiempo y eſpacio de diez años ſiguientes, que
corran y ſe quenten deſde el dia de la fecha en adelante, vos,
o la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otro alguno po
dais imprimir y vender el dicho libro intitulado Eſplicacion
del Iubileo de Santiago, que de ſuſo va fecha mencion, o ſu
original, que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado y
firmado al fin de Franciſco de Arrieta, nueſtro Eſcriuano de
Camara de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, que antes
que ſe venda le traygais ante ellos, juntamente con ſu origi-
nal: para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el.
O traygais fee en publica forma, como por Corrector por
nos nombrado ſe vio y corrigio la dicha Impreſsion por el di
cho original, y ſe os taſſe el precio porque ſe ha de vender, y
mandamos al Impreſſor que anſi imprimiere lo ſuſodicho, no
imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas que
vn ſolo libro con ſu original al Autor, y a la perſona a cuya
coſta lo imprimiere, y para efeto de la dicha correccion y

taſſa

[illegible] que antes y primero el dicho libro intitulado Eſpi
[illegible] Santo [illegible] corregido y taſſado por los
del nueſtro Conſejo, y eſtando hecho, y no de otra manera
[illegible] principio y primer pliego, y ſegui-
damente [illegible] Cedula, y de la Aprobacion que
[illegible] por nueſtro mandado. Y la Taſſa y Erra
tas ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en las
leyes y prematicas deſtos nueſtros Reinos, que ſobre ello diſ
ponen. Y aſsimiſmo que durante el tiempo de los dichos diez
años perſona alguna ſin la dicha nueſtra licencia no pueda im
primir ni vender el dicho libro, ſopena que el que lo impri-
miere aya perdido y pierda todos y qualeſquiera moldes, y a-
parejos que dello tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta
mil marauedis, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la
nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el Iuez que lo ſen-
tenciare, y la otra tercia parte para la perſona que lo denun-
ciare. Y aſsimiſmo a los del nueſtro Conſejo, Preſidentes y Oy-
dores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la
nueſtra caſa y Corte y Chancillerias, y a todos los Corregido
res, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios,
y otros Iuezes y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades,
Villas y lugares de los nr̃os Reinos y Señorios, y a cada vno
dellos en ſu juriſdicion guarden y cumplan eſta nueſtra cedu-
la, y contra ello no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar
en manera alguna, ſopena de la nueſtra Merced, y de diez mil
marauedis para la nueſtra Camara. Dada en el Pardo a tres dias
del mes de Febrero de mil y ſeiſcientos y veinte y ſeis años.
YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro Señor.
D. Sebaſtian de Contreras.

# TASSA.

YO Franciſco de Arrieta Eſcriuano de Camara del Rey nueſtro Senor, de los que en el ſu Conſejo Reſiden, Certifico y doy fee q̃ auiendoſe viſto por los Señores del dicho Real Conſejo vn libro intitulado Eſplicacion del Iubileo de Santiago, Compueſto por el Dotor Benito Mendez de Andrade, Canonigo de la ſanta Igleſia de Santiago, que con licencia de los dichos Señores fue impreſſo, taſſaron cada pliego, de treinta y cinco que el dicho libro tiene, a quatro marauedis que a eſte reſpeto monta ciento y quarenta marauedis, y al dicho precio mandaron ſe venda el dicho libro, y no mas. Y para que dello conſte de mandamiento de los dichos Señores del Conſejo, y de pedimiento de la parte del dicho Dotor Benito Mendez, di eſta fee en la villa de Madrid a onze dias del mes de Febrero, de mil y ſeiſcientos y veinte y ocho años.

Franciſco de Arrieta.

# ERRATA.

Pag.11.lin.4.preſeferentem,lege præſeferente,pag.16.lin. 17.reuiuiſcat,reuiuiſcant,ibidem num.4.Præludij pane, pænæ, pag.19.Prælud.2.lin.7. poteſtate, poteſtatem, pag. 30. lin.15.quod,quot,pag.36.lin.9.diuiſionis,diuiſiones,pag.51. lin.2. æterre,æterni, pag.58.lin.penult. prælitos,præditos, pag.70.lin.7.didicitur,dicitur,pag.76. corrige numerũ, pag. 77.verus, vetus, pag. 84. lin.17. Petri Archiepiſcopi, Petræ Archiepiſcope,pag.86.lin.23.excitãtes, ciſcitantes, pag.84. lin.9.prouinciæ,prouincia,In hymn.S.Iſid.dextera,dextra, pag.95. illum,illud, pag.98. Regna,Regina, pag.108.lin.22. quæ,qui,pag.110.lin.3.in indulgentiæ,in indulgentia,& lin. meretur,merebitur, pag.115.lin.vltim.comprehendit, comprehendunt,pag.122.lin.8.illum,illud,ibidem non eſſe neceſſaria indulgentia, neceſſariam indulgentiam, pag.128. lin.1. vehementia,vehementi, pag.132.lin,13.determinate,indeterminate, pag.158.lin.3.qui,quod, pag.163.lin.vltim.interpretandæ, interprætanda, pag.205.lin.29. quæ,quam, pag.212. lin.7. relatum, relatus , pag. 228. lin.11. permotu, permotum.

---

HIc liber nomine inſcriptis Dilucida interpretatio ad Bullam Alexandri Pontificis *M*aximi,de Iobeleo B. Iacobi Hiſpaniarum Patroni , Authore Doct.Benedicto Mendez a Parga, correſpondet ſuo exemplari. Datum Matriti die decimaſexta,menſis Octobris, anni 1627.

Licenciatus Franciſcus Murcia de la Llana.

# Cenſura del Padre Maeſtro Fr. Diego de Campo Calificador de la ſanta General Inquiſicion, y Examinador ſinodal del Arçobiſpado de Toledo.

POr mandado de V. A. è viſto vn libro intitulado (Explicacion del Iubileo de Santiago) compueſto por el Dotor Benito Mendez de Parga y Andrade, Inquiſidor del Reyno de Galicia, y Canonigo Lectoral de la ſanta Igleſia de Santiago, Tiene ſana y buena doctrina, y por ſer eſte ano de veinte y ſiete año de Iubileo, y declararſe en el muchas dudas que ſe pueden offrecer, ſe le deue dar juſtiſsimamente la licencia que pide. En ſan Felipe de Madrid a 21. de Diziembre de 1626.

Fr. Diego de Campo.

## APPROBATIO D. DOCTORIS Franciſci de Villaſane, Canonici Magiſtralis Apoſtolicæ Eccleſiæ Apoſtoli.

MVltis retro diebus legi & perlegi attentione & affectu quo potui, librum quem D. Doctor Benedictus Mendez de Andrade Eccleſiæ Compoſtellanę Doctoralis Canonicus, necnon ſacrę Inquiſitionis huius Galecię Regni Iudex Apoſtolicus, & Inquiſitor. Primariæque Cathedræ ſacri Iuris profeſſor mirifice elaborauit: Expoſitionem amplectens Bullæ Alexand. ſum. Pontific. pleniſsimi Iubilei, quem viſitantes hanc Apoſtolicam Eccleſiam anno quo dies S. Iacobi Hiſpaniarum Patroni die Dnica euenerit fructuoſiſsime lucrantur, & de mandato Ordinarij huius Diœceſis, quid de tã pio labore cenſerim paucis explicaui. Sed quia neſcio quo facto hęc noſtra cenſura manuſcripta deperdita fuit, & obliuioni tradita, iterum, atque iterum animum proferam, candide & cinſere iudicantem, nihil inueniſſe in hoc tractatu, vel fidei diſſonum, vel a ſacra Theologia, & ſanctorum Canonum tramite alienum: Sed omnia pietati & religioni conformia maxima, & quod præſertim ſtimandum iudico, multa dubia que paſsim occurrere poſſunt, circa prędictam Iubilei Bullam ſumma claritate, ſecuritate, & probabilitate reſoluuntur. Ideoque in fidelium peregrinantium fauorem, & gratiam, & Confeſſariorum lucem ęquum, & iuſtum erit ſi typis mandetur tam eximiæ vtilitatis opus, ita ſubſcripſi, die 2. Auguſti anno 1626.

Doctor Franciſcus de Villaſañe.

VIdi ex commiſsione Ordinarij Compoſtellani, Dilucidam interpretationẽ ad Bullam Alexandri P. Maxi. de Iubileo B. Iacobi Hiſpaniarum Patroni, nuper editam a Doctore Benedicto Mendez à Parga, & Andrade, Canonico Lectorali Apoſtolicæ Eccleſiæ, necnon Inquiſitore Apoſtolico, & ſacrorum Canonum quondam Profeſſore primario. Multa & Chriſtianæ pietati, & ſacrarum litterarum veritati conſona, nil diſſonũ reperiſſe fateor: & in paruo volumine non paruã eruditionem, nec vulgarem ſacrorum Canonum intelligentiam, ſed interpretationem vndiq; elucidatam contineri, tanto viro, tantaque induſtria, tanto denique ingenio dignã vt optatis Compoſtellanæ Eccleſiæ, imo & orbis, opus reſpondeat, nec quidquam in eo vlterius deſiderari poſſe videatur. Quare vt impublicam fidelium vtilitatem excudatur, dignum cenſeo. Cõpoſtellæ in Collegio ſocietatis Ieſu, die 1. Auguſti anno Domini 1626.

Ileſonſus Vazquez.

¶

VIſtos los pareceres del Dotor D. Frãciſco de Villa fañe Canonigo Magiſtral en la ſanta Igleſia Apoſtolica del ſeñor Santiago, y del Padre Alõſo Vazquez Letor de Teologia en la Compañia de Ieſus deſta ciudad de Santiago, en razon de vn libro que eſcriuio el Dotor Benito Mendez de Andrade Canonigo Lectoral en la dicha ſanta Igleſia Apoſtolica de ſeñor Santiago, Inquiſidor Apoſtolico en eſte Reino de Galicia, ſobre la Bula del Papa Alexandro, que confirmo el Iubileo del glorioſo Apoſtol ſeñor Santiago, vnico Patron de Eſpaña. Por ſu merced el ſeñor Dotor don Iulian de Cangas Antiyo, Canonigo Doctoral, Prouiſor y Vicario General en la dicha ſanta Igleſia ciudad y Arçobiſpado de Santiago. Dixo que daua y dio licencia para que ſe pueda imprimir è imprima dicho libro, ſin incurrir en pena alguna, al qual ſu md interponia è interpuſo ſu autoridad y decreto judicial: para que a todo tiempo valga y ſe le dè entera fee y credito, atento las dichas certificaciones y aprobaciones de los dichos Dotor don Franciſco de Villafañe y Padre Alonſo Vazquez. Y anſi lo mandò è firmò de ſu nõbre. En la ciudad de Santiago a primero dia del mes de Agoſto de mil y ſeiſcientos y veinte y ſeis años.

El Dotor Iulian de Cangas Antayo. Por mandado del Prouiſor de Santiago. Lorenço Fariña.

# DECANO ET CAPITVLO ALMÆ APOSTOLICÆ ECCLESIÆ D. IACOBI vnici Hiſpaniarum Patroni.

INueterata fuit ſemper (nobiliſsimi viri) apud omnes cunctarum fere Regionum ſcribentes, conſuetudo, lucubrationes ſuas altioribus quibuſdam (duabus impulſi cauſis) dicare. Vt ſcilicet eorum protectione ab inuidorum criticorumque morſibus tales reddantur immunes, ſicut Cerua illa ſecure per vrbem vagabatur, cui ſcriptum in collo erat, Cæſaris ſum, noli me tangere. Vel vt animi gratitudinem, per antidoralem (vt aiunt) obligationem, pro beneficijs acceptis oſtenderent; Res ſane & iuri naturali, omnique rationi conſentanea; Quæ adamuſsim perpendens, cum gloſsema hoc ad Bullam

Ale-

*Alexandri III. Maxi. Pontificis de Iobeleo noſtri Zebedei, non ſine labore & induſtria ſcripſiſſem, ea motus inter alias ratione, ne Peregrini, qui ex tot mundi partibus, proprijs parentibus oblitis, necnon dulci patria poſtpoſita, limina huius Sanctuarij viſitant, Theſaurum pro animarum ſuarum ſalutem, a Pontificibus conceſſum abſconditum inuenirent, ſed omnibus patefactum vt eo ſine impedimento frui poſſent, vobis illius dicare præ oculis habui; Tum quia ſub veſtra tutela (quæ plus quam Cæſaris eſt) nemo inuidus (qui vt in plurimum calamum accipere audent) quæ minus elaborata fuerint, mordicauit; Tum vt beneficijs tot acceptis per viginti ſeptem annorum curſum, ſi non in omnibus, ſaltim in aliquo, me gratum oſtendam, accipite igitur obſecro munuſculum, cuius exiguitatem ſupplebit exhibita voluntas, quod ſi feceritis vt ſpero, difficiliora aggredi non verebor. Valete.*

# Ad Lectorem.

CVm experientia rerum magiſtra (amantiſſime Lector) manifeſtaret dubia, crebras altercationes, variaque ſapientiſſimorum placita, diuerſis in caſibus confeſſarijs occurrentibus anno Iobelei diui Iacobi, Hiſpaniarum vnici Patroni (quando ſcilicet eius feſtiuitas die Dominica occurrit) & quomodo gratia huius indulgentiæ intelligatur, ad quæque eſtendatur, non ſolum in anno Sancto, ſed in eius ſolemni feſtiuitate Tranſlationis ſui ſacratiſſimi corporis, & Conſecrationis huius Apoſtolicæ Eccleſiæ, in quibus fideles eadem fruuntur, ex Bulla Alexandri Pontificis Maximi, aliquorum amicorum inpulſu, & requiſitione: Proprijs viribus minime fretus, ſed altiſsimi auxilio, Zebedei quę noſtri interceſsione, non ſine formidine, explicationem reſcripti eiuſdem fui aggreſſus, eo vel maxime, cum materia magis deſideraret Theologum quam Iuriſperitum: at cum audaces fortuna iuuet, eadem (ſi viris doctis poſſum credere) felici aura mihi ſuccurrit, qua mediante hunc librum in lucem edidi, in quo ſi attente legeris, non ſolum [illegible] ad [illegible] diui Iacobi attinent, [illegible] pertinet, non obſcure inuenies elaborata, quæ ſi [illegible] vultu accepta tuleris (ut [illegible]) [illegible] & difficiliora que typis mandare [illegible] animum meum deuinctum habebis. Vale feliciter.

# IN AVTHORIS LAVDEM DOCTOR D. IOANNES PATINO DE PRADO ET GAYOſo in maiorem Ciuitatis Compoſtellanæ Collega, Necnon in eadem vniuerſitate Primariç Cathedræ Iuris Canonici proprietarius profeſſor, & authoris diſcipulus.

*EVge Iacobi Fani ſautiſsima proles*
*Inclita, vt in Libani collibus alta cedrus:*
*Per te viuit honos, magni ſplendorq; Iacobi;*
*Iubilaq; ex ſancta Papæ erogata manu:*
*Illa occulta quidem cunctis ignota iacerent,*
*Aſt modo, iam ſcriptis ſunt adaperta tuis:*
*Qui cupit ergo ſibi, veniam impetrare reatus,*
*Hic legat edictus, latus & ipſe feret.*
*Omnis in hoc habitat felici gratia libro*
*Tantaque cui ſupereſt; gloria nulla deeſt.*

# IDEM IN PRAECEPTORIS ET PATRIAE LAVDEM SAPHICVM CARMEN.

GRatus exulta nimiumque fælix
Campus o ſtellæ, Paradiſus alter:
in modum cuius tibi ſerta riuis
prata vireſcunt.

Fons ibi quondam, reſidens in arbis
totius ſiluæ loca amena ſerpens
ſciſſus in partes quatuor, ruendo
fertur inundans.

Pars ad occaſum propere fluebat,
altera amplectens ſimul Aquilonem
ibat, & tandem reliquæ per Auſtrum
ſolis & ortum.

Tunc ferax frugum generoſa Limpha
omnium nutrix, dabat affluenter
gratis optatam requiem laborum
aurea terris.

Non minus noſtrum Benedicte campum
vrbis o ſtellæ decus atque alumne,
fertilem tecum pariterque gratum

con

conſpicit orbis.
Nam tui torrens calami atque mentis.
Curſus in partes etiam quaternas
ducit, & lętam patriam profundit,
fluminis inſtar.
Sic velut dulcis Paradiſi, abundans
fons, tu ab Andradæ deitatis arce
decidis totam faciem, per vrbis
brachia tendens.
Prima Fonſecæ generoſus aulæ
reddis, ex cuius teneris ab annis
fonte prorumpis, ſacra quæque palam
iura docendo.
Hic ad infauſtum ruis occidentem
curſu; & heu? Certè fuit hoc dolendum
occidit quippe aſt adhuc ipſa viuit
fama per æuum.
Regius fiſcus tibi ſurgit auſtro,
cuius immenſum quoque pondus ambis,
dum grauis iudex bona ſemper eius
quæris & auges.
Inſuper vaſtum capiens Tribunal,
tertia aduerſum fluit Aquilonem
vnda, quæ ſanctæ modo Cruciatæ
littora pandit.

Vlti

Vltimo, in ſanum celebris Iacobi
labitur præceps Oriente fluctus,
quo tuis maior vret in libellis
gloria circum.
Illa nunc fulgens, iter ad beatas
ætheris ſedes ſuperumque monſtrat,
gratias Cælo referens eundo
ocior aura.
Gratias (inquam) quibus æde ſacra
iam fores ſummi reſeret tonantis
quiſquis, hæc, felix operum tuorum
munera tentet.
Ergo nunc lætus peregrinus adſit,
diſcat, & gratus modo quo, ab olimpo
gratiam ſummus Pater ipſe diuum
donat & aufert.

---

# Diſtichum.

N*Ectara das; oſtendis iter; Cæleſtia monſtras*
*diceris Doctor, Nauita, Sidus, Apis.*

¶ ¶ SVM

# SVMMA RERVM QVE IN TOTO OPERE CONTINENTVR.

## Præfatio.

VOtum habere cum promiſſionibus humanis maximam affinitatem: Eius præcipuum actum eſſe virtutis religionis, qui omnes alias morales antecedit. Apud Deũ maxime eſtimari. Illius vſum non ſolum apud veræ fidei profeſſores, ſed etiam apud omnis orbis incollas receptum. Et inter omnia votum peregrinationis maxime vltramarinum difficilius diſpenſari; & diui Iacobi celebre in vniuerſo, multiſque prærogatiuis a Pontificibus munitum. Denique qui Doctores Iobelei, & Indulgentiarum materiam pertractent deſcribitur.

Præ

# Præludium I.

IObelei quæ cognitio haberi debeat. Eius ethimon; Quid ſignificet. Error aliquorum circa nominis ethimologiam, Hebreorum, Romanum, & noſtrum ſignificare ſecundum aliquos, in multis tamen aſſimillari. Quando inceperit in Eccleſia. Romanum habuiſſe diuerſas mutationes. In quo differat ab indulgentia. Quod habeant ſe tamquam genus, & ſpecies. Et an Iobeleus diui Iacobi alias gratias ſuſpendat, ſuſpendaturque a Romano.

# Præludium II.

INdulgentię quę cognitio haberi debeat. Eius nomen æquiuocum, varia in iure ſignificare. Quomodo accipiatur in iſto tractatu. Illius vera diffinitio Quare dicatur relaxatio pænæ. Cur ſit remiſsio illius, & non culpæ. Verba a culpa & pæna, quomodo intelligantur. Quare ſit remiſſio pænæ temporalis, & concedatur pro peccatis proprijs. Quod de theſauro Eccleſiæ deducitur. Vſus illius antiquiſsimus contra Lutherum. Earum quædam totalis quædam partialis. Quando conceduntur tot anni, vel

dies, quomodo intelligatur. Diuiditur in plenam largiorem, & pleniſſimam. Iterumque diuiditur in ſpetialem, & generalem. In perſonalem, & localem. Quam pœnam temporalem remittat. Eſſe rem ſub præcepto neceſſariam, & quomodo intelligatur Chriſtũ Dominum ita, ſatisfeciſſe de rigore iuſtitię pro pęna, ſicut pro culpa. Eius vera acceptio. Cumque indulgentia ſit remiſſio pænæ temporalis, impropriæ dici indulgentiam abſoluere a culpa & pęna. Indulgentiarum qualis debeat fieri interpretatio; In quo diuerſæ ſententiæ referuntur, & vna authoris, Eius quæ gratia quando expiret.

# BVLLA ALEXANDRI DE IOBELEO D. IACOBI PONITVR AD LITTERAM.

## Gloſſa I.

VIta Alexandri, & quis fuerit inter multos huius nominis. Quodque Pontifex Maximus illis ſolet titulis appellari, & quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei.

Gloſſa

# Gloſſa II.

DE Pontificali dignitate,& Regia Mageſtate. Vnde originem ſumpſerunt, & ad quorum ſimilitudinem. Poteſtatem ſupernaturalem lege Euangelica interiorem, & exteriorem fuiſſe inſtitutam. Diuo Petro & ſucceſſoribus traditam, & in defluxiſſe in inferiores Prælatos. Quomodo Epiſcopi Apoſtolis ſucceſſerunt. Licet omnes pari conſortio, onere, & poteſtate præditi fuerint,ſemper tamen inter illos primatum habuiſſe D. Petr. probatur ex multis locis Scripturæ, & Sanctorum vſque in finem ſæculi duraturum,& immediate fluxiſſe a Chriſto Domino; Quodque omnes Epiſcopi ſunt Vicarij Chriſti,& quomodo intelligatur.

# Gloſſa III.

AN confirmatio Alexandri Iobelei D. Iacobi ſit noua conceſſio. Quod dupliciter poteſt intelligi, & confirmationis duplex forma inueniri valet, idemque in quocumque priuilegio. Quid operetur confirmatio in forma communi, & ex certa ſcientia.

## Gloſſa IV.

VIta Caliſti ſecundi, Iobelei D. Iacobi primi authoris.

## Gloſſa V.

DIlucide comprobatur ex multis teſtimonijs, & priuilegijs ſummorum Pontificum, ac Regum, tam Hiſpaniæ quam Franciæ, integrũ corpus B. Iacobi Hiſpaniarum ſingularis Patroni in eius Apoſtolica Eccleſia requieſcere, ibique a totius orbis Peregrinis venerari: Ac in ſuper caput in ſolemnibus Proceſſionibus deferri ſolitum, non eſſe Zebedei, ſed Iacobi minoris, fratris Domini appellati.

## Gloſſa VI.

DVplex finis in indulgentijs conſideratur, & quæ cauſa neceſſaria ſit ad eam? Quæ iſta debeat eſſe. Quodque ſi concedatur ſine illa eſt nulla, & ſi nõ inueniatur præſumitur. Refertur cauſa Iobelei diui Iacobi, & quod cauſa in Iobeleis proportionata, an debeat eſſe non ſolum reſpectu ipſius, ſed reſpectu meriti.

Gloſſa

# Gloſſa VII.

DE ijs qui negarunt Eccleſiam poſſe conce-dere indulgentiam. Contrarium eſt propoſitio de fide, & Catholica, quæ poteſtas a Chriſto data fuit ſoli Petro, & ſubceſſoribus per ſe, & immediate promiſſa, ab ipſiſque communicata inferioribus. Paſtoris officium quale, & poteſtas concedendi indulgentias, an ſit ordinis, vel iuriſdictionis.

# Gloſſa VIII.

DIffuſe tractatur non baptiſatos minime dici poſſe fideles. Ante baptiſmum non eſſe neceſſariam indulgentiam. Habitatores Compoſtellanæ Ciuitatis Iubileum noſtrum lucrari. Indulgentias reſpicere principaliter gratiam non meritum proprium. Peregrinos qui medio itinere propter infirmitatem, mortem, ſeu aliud impedimentum, limina beati Iacobi non viſitarunt, non lucrari illud Iobeleum. Indulgentiam conceſſam ſub aliqua forma, conſequi non poſſe, niſi ipſa adimpleta. Iobeleum Compoſtellanum aſsimilari Romano quoad indulgentias, non quoad alia. Religioſos obſer-

uantes

uantes perpetuam clauſuram conſequi non va-
lere illud Iobeleum. Indulgentia an poſsit com
parari inter viuentes ab vno, per opus factum
ab alio; Et quid in noſtro Iobeleo: Et vtrum poſ
ſit lucrari a defunctis. An per modum ſuffragij
concedi poſsit, ſaltim? Iobeleum diui Iacobi
non extendi ad animas Purgatorij. Conceden-
teſque indulgentiam, an ea gaudere debeant?

## Gloſſa IX.

QVæ diſpoſitio requiratur ad conſequen-
dam indulgentiam, & quo tempore. Et
ſi aliquis propter defectum illius impediatur
receedente fictione an indulgentiam conſe-
quatur. Confeſſio an neceſſaria ſit ad indul-
gentię effectum; Et quod ſi communio requi-
ratur ad indulgentiam, ſine mentione confeſ-
ſionis, an ſit neceſſaria. Bullaque noſtri Iobelei
in illis verbis *vere pænitentibus & Confeſſis* Quo-
modo intelligatur. Et denique an Confeſſio
Paſchalis ſufficiat ad conſequendam indul-
gentiam. Referunturque qualitates vere con-
feſsionis.

Gloſſa

# Gloſſa X.

VIſitare Eccleſiam diui Iacobi anno Iobelei eſt de forma ſubſtantiali. Quomodo fieri debeat. Et an per triginta dies ab incolis, & ab exteris per quindecim, ſicut in Romano? An facientes opus ad quancumque indulgentiam requiſitum, ſtatim, & æqualiter fructũ eius conſequantur. Et neceſſarium ſit ingredi portam Sanctam, vulgo (del perdon.) Vltimoque quod Iobeleus D. Iacobi contingit in anno in quo eius feſtiuitas venerit in Dominica.

# Gloſſa XI.

QVando indulgentia conceditur per diem, vel aliud tempus, lucrari an poſsit toties quoties?

# Gloſſa XII.

SAcramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum inſtitutũ fuit. Et quid, quando aliquod impedimentum ponitur ex parte recipientis? Pænę temporalis reatus, contingit aliquando vt poſt Sacramentum pænitentiæ, & extremæ Vnctionis rite ſuſceptum, non ſit remiſſus, &

¶¶¶ quibus

quibus remedijs vtamur. Purgatorium eſſe in quo animæ quæ ex hac vita diſcedunt, remiſſa culpa, & cum reatu pænæ temporalis, vbi ſatisfaciunt, de fide fateri eſt neceſſe. Satisfationē aliquam neceſſariam eſſe, in hac vita ſeu in alia pro peccatis dimiſſis. Indulgentiam poſſe concedere Eccleſiā, qua mediante extra ſacramenmentum pænitentiæ reatus pænæ temporalis remittatur. Eccleſiam non ſolum poſſe remittere pænæ reatum, per indulgentiam poſt confeſſionem, ſed ante. Pęnitentiam ſacramentalem per indulgentiæ effectū tolli valere iuxta quantitatem ipſius; Et quomodo intelligatur. Et an indulgentiæ quę ſunt in vſu, relaxent alias pænas, præter injunctas pęnitentias in Sacramentali foro, & quid in alijs rebus. Indulgentias quę de facto ſunt in Eccleſia remittere pænam pro peccatis debitam, etiam in foro Dei. Indulgentiaſque ſimpliciter, & ſine adiectione illa (de iniunctis) non ſolum remittere pænitentias iniunctas, & pęnas illis correſpondentes, ſeu quas libet alias, iuxta largitatem conceſſionis. Indulgentię thenorem, etiamſi ſit de iniunctis valere ad remittendas pænas peccatorum, ſi pro illis nullę pænitentiæ iniunctæ ſint. Indulgentiam, &

& Iobeleum D. Iacobi non ſolum remittere pę-nitentias iniunctas, ſeu pænas illis correſpondentes, ſeu quaslibet alias. Theſaurus ſpiritualis an ſit in Eccleſia qui per indulgentias diſpenſari valeat, & conſtet ex ſatisfactionibus Sanctorum.

# Gloſſa XIII.

QVod miniſter proprius Sacramenti pænitentiæ Epiſcopus Dioceſanus, & proprius parrochus, iure ordinario poſſunt audire confeſſiones cæteri vero ex delegatione. Presbiteri in ſua ordinatione accipiunt poteſtatem abſoluendi a peccatis in habitu, nō vero in actu Quo modo intelligatur Bulla Iobelei diui Iacobi, dū concedit licentiam elligendi confeſſarium, & an approbatus in vno Epiſcopatu, cenſeatur approbatus in alio, ad iſtum effectum.

# Gloſſa XIIII.

PEccata grauiora a principio naſcentis Eccleſiæ ſemper fuerunt reſeruata ſuperioribus Prælatis. Caſus ethimon & ſignificatio refertur; Et aliqua de caſibus reſeruatis. Bulla Iobelei diui Iacobi, quo ad illos interpretatur. Quod caſus

ſus nullus feré reſeruatur Pontifici, cui non ſit cenſura annexa, concedendo facultatem abſoluendi a caſu, conceditur abſoluendi a cenſura. An Iobeleus D. Iacobi concedat licentiam abſoluendi a peccatis reſeruatis, in Bulla Cænæ? Hęreſis crimen an abſolui poſſit per noſtrum Iobeleum? Abſolutio a cenſuris contenta in illo intelligitur in foro interiori, non in exteriori. Vtrum abſolutio a cenſuris Papæ reſeruatis, comprehendat reſeruatas Pręlatis inferioribus; Extendatur nec, ne ad reſeruatum per obliuionem omiſſum. Peccatum reſeruatum committens ex confidentia Iobelei an virtute illius poſſit abſolui; vota commutari & irregularitas diſpenſari.

## Gloſſa XV.

IObeleum diui Iacobi habet eaſdem prerogatiuas quas Romanus.

## Gloſſa XVI.

REmiſſiue habet quid importet clauſula authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia.

DILVCIDA

# ET ELEGANS, AD BVLLAM ALEXANDRI III. P. M. DE IVBILEO D. IACOBI vnici Hiſpaniarum patroni, interpraetatio.

Authore

D. BENEDICTO MENDEZ A Parga & Andrade I. C. Gallæco, & Compoſtellano olim Cathedriæ primariæ ſacrorum Canonum, in eiuſdem ciuitatis Vniuerſitate Gubernatore. Nunc vero Canonico Lectorali, Apoſtolicæ Eccleſiæ Apoſtoli: Inquiſitore Apoſtolico iſtius Regni, bonorumque confiſcatorum, a Catholica Maieſtate, ſanctæque & generalis Inquiſitionis Senatu Iudice.

# PRAEFATIONIS
## SVMMARIVM.

VOtum & ſi inter promiſsiones humanas non connumeretur, habet cum illis affinitatem, num. 1.

Voti præcipuus actus eſt virtutis Religionis, qui omnes alias morales antecedit, 2.

Votum quanti apud Deum optimum maximum habeatur, 3.

Vouendi vſus non ſolum apud vere fidei profeſſores, ſed apud Ethnicos, totiuſque orbis Incolas eſt receptus, 4.

Votum peregrinationis quanti habeatur apud Pontifices, 5.

Votum peregrinationis maxime vltramarinum difficilius diſpenſatur, 6.

Votũ D. Iacobi cælebre in vniuerſo, ideoque multis Prærrogatiuis à Pontificibus eſt munitum: maxime Iubileo, annali, quando eiuſdem feſtiuitas venerit in Dominica, 7.

Iubilei terminos, ethimom, naturam, & indulgentiæ ignorare: de illis tractaturi, à ratione alienum eſt, 8.

Docto-

*Doctores qui diſputant Iubilei materiam, & indulgentiarum referuntur. 9.*

*Author ſubijcit ea quæ dixerit, correctioni, & cenſuræ ſanctæ matris Eccleſiæ, & aliorum, 10.*

# OPERIS PRAEFATIO.

1 ET Si inter promiſsiones humanas ſummo ſtrictoque iure votum connumerari non poſsit, maximum, tamen habet cum illis affinitatem cum partim humanæ, partim diuinæ conuentionis
2 extrema contineat. In quibus (vt omnes Catholici ſentiunt) præcipuus actus eſt virtutis religionis, qui abſque dubio omnes alias morales antecedit: & ita D. Th. 2. 2. q. 88. art. 6. & opuſculo 18. c. 12. inquit: quod votum non ſolum in ſe eſt præſtantiſsimum, ſed actiones aliarum virtutum dignificat, & miro quodam modo eleuat ad altiorem perfectionem: eo potiſsimum cum per votum ſummam Dei bonitatem profiteamur, offerentes non ſolum bona,
3 ſed etiam meliora, & gratiora. Obidque quanti apud Deum reputetur, ex eo colligitur quod nõ ſolum res ipſa præſtantior, & excelentior, per votum donatur, ſed ipſa vis & potentia a qua fluit nempe voluntas, & libertas, quæ ita voti vinculo aſtringitur, vt deinceps vouens non habeat velle, nec nolle, & talis proprie

voluntatis abdicatio, renuntiatioque reputatur: quæ
mactata nobili quodam ſacrifitio plenè atque inte-
gre Deo offertur, quod cum ineſtimabile quoddam ſit
bonum, hominique intimum, ſequitur non poſſe non
Deo gratiſsimum, & iucundiſsimum videri, ita elegan
ter vaticinabatur Iſaias c. 15 ibi in illa die cognoſ-
cent Egiptij dominum, & colent eum in hoſtijs, &
muneribus, & vota vouebunt, & ſoluent, quamobrem
Prophet. Pſal. 75. vota effundere conſulebat, vouete &
reddite domino Deo veſtro, refertur in c. magne de
4 voto. Quam tanquam inueteratam conſuetudinem
non ſolum apud veræ religionis profeſſores in lege
ſcripta & gratiæ, ſed apud Etnicos barbaras, & exte-
ras nationes, totiuſque orbis Incolas, qui varijs ſub le
gibus conditionibus, ac moribus, vitam degunt, vſ-
que adhuc receptum comperimus: vt late per Ale-
xãd. ab Alex. dierum genialium lib. 3. c. 22 per totum
vbi pulchre Tiraquel. Andreas Alciat. Paradoxorũ
lib. 4. c. 2. de verborum ſignificatione, ſuper l. hæc enũ
tiatio. 232. in ordine & Parergon. lib. 5. c. 9. Sruñica
5 de voto q. 2. à n. 6. Inter quæ non minorem ſibi vendi-
cat ſedem, Peregrinationis votum, & ita Pontifices
illud adimplentes maximis gratijs prærogatiuis, &
indulgentijs afficiunt: cuius optimum exemplum re-
lictis quam plurimis quæ in præſenti aduci potue-
rant, inuenitur in Iubileo Romano, de quo mentio fit
in extrauagantibus Antiquorum & Vnigenitus de pæ
6 nitent. & remiſſ. & in noſtro habetur. Cumque Deo
gratiſsimum, ſit difficilius in illo diſpenſatur etiam
in amplisſimis Iubileis, maxime in vltramarino, vi-

ſita-

ſitationis liminum Apoſtolorum & noſtræ Apoſtolicæ Eccleſiæ, prout voluit Sixtus IV. in extrauaganti, & ſi dominici, 2. de pœnitentijs, & remiſſ. vbi voti D.
7 Iacobi expreſa ſit mentio. Propter cuius deuotionem ex diuerſis mundi partibus dimiſsis parentibus, amicis, liberis, patria ac alijs temporalibus bonis per mare, terramque, Peregrini quotidie, & continue confluunt in numero copioſo ad iſtud ſanctuarium, quod Pontifices, vt ipſi Chriſti fideles in eodem ſe recognoſcant Domini muneribus refectos, ampliſsimo Iobeleo per integrum annum quo feſtum noſtri Zebedæi venerit in Dominica munierunt, & exornarunt, vt ex Alexand. Bulla conſtat cuius explicationem di-
8 uini numinis auxilio agredimur. Cum igitur de anno Iubilei vnici Hiſpaniarum Patroni, ſimus tractaturi, â ratione erit alienum, terminos ignorare, ſi Vlpiani conſultorum facile principis veſtigia ſequamur, ipſe n. de iure diſputaturus in l. 1 ff. de iuſtitia, & iure, inquit, iuri operam daturus prius noſcere oportet, vnde iuris nomen deſcendat, & cum de mutuo diſputare deſideraſſet, illud diffiniuit, in l. 2. §. appellata, ff. de rebus creditis, & ſi certum petatur, idque nobis docuit Paulus in l. 1. ff. de fide inſtrumentorum, cuius non fuit oblitus Iuſtinianus in §. eſt autem inſtitut. de tutel. & in §. nos vero inſtitut. de legitima Agnatorum ſucceſsione, ratio deſumi poteſt ex Ariſt. lib. 2. periarminias, vbi inquit, quod diffinitio eſt eſſe rei, verborum, n. prior, & rerum poſterior, ſemper debet eſſe interprætatio l. 1. ff. ſi certum petatur, vbi Baldus colligit in principio, docentem incipere oportere à

doctrina principiorũ, & quod ſicut natura incipit ab elemẽtis, ita ars exordiri debet: vnde omnis doctrina, & diſciplina incipit à cognitione vocabulorum, ſcripſit ipſe Bald. in l. liberti, num. 5. C. de operis libertorum, nam turpe eſt loquenti proprios terminos ignorare, & prius determinare quam terminos intelligere, Angelus conſil. 170. ſanctiſsima in princip. Vnde pro præuia cognitione totiuſque operis elucidatione, nõ nulla de Iubileo in communi, & indulgentijs præmittere & prælibare curaui. Quam materiam, cum præ-
9 cipua ſit noſtri inſtituti, diſputant, & exornant, Hieronimus in Dani 4. Auguſtin. & Ciprian. in fin. c. 1. Tertulianus lib. ad Martyres, & de pudititia, c. quod autem de pœnit. & remiſ. c. is qui in infirmitate, c. Sacerdos 26. quæſt. 6. extrauagans Antiquorum Vnigenitus, & ſi dominici 1. & 2. de pœnitent. & remiſſ. Concilium Lateranenſ. ad finem, Conſtantienſ. ſeſ. 8. Trident. ſeſ. vltima ad fin. & in bulla Pij IV. de profeſsione fidei, Leo 10. in extrauaganti contra errores Luteri quem refert. Caiet. 3. par quæſt. 48. art. 5. Theologi diſt. 20. vbi D. Th. art. 3. & ſequentibus, Durand. q. 3. Pallud. q. 4. art 1. Bonauent. in 2. p. d. art. 1. q. 5. Richard. art. 3. q. 1. Ledeſm. 2. par. quæſt. 27. Adrian. tractat. de indulgent. Palat. q. 2. Marſil. q. 12, Sot. diſt. 21. q. 1. Caietan. tom. 1. in duplici opuſculo de indulgent. tract. 8. 9. 10. 15. & 16. Echius in Inquiridio, loco 24. Roſenſ. ab art. 17. vſque ad 22. Anton. 3. p. tit. 10. c. 3. § 2. Sumiſtæ, verbo, Indulgentia, & verbo, Iubileo, Henriq. in ſumma tract. de indulgentijs, Suar. in 3. p. D. Th. tom. 4. vbi difuſſe Nauar. in

§. in

§. in Leuitico, ſeu tract. de indulg. Iuriſperiti in tit. de pænit. & remiſſ. & in aliquibus iuribus, ex ſupra relatis alios refert Henriquez ſupra in principio, quorum omnium, & aliorum, veſtigia toto diſcurſu huius gloſ-
10 ſematis ſequemur. In cuius explicatione quicquid dixerimus, ſubjicimus correctioni, & cēſuræ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tribunalis Inquiſitionis, & melius ſentientis.

---

## PRAELVDII PRIMI SVMmarium.

*Rei cuiuſque potiſsima pars principium eſt, num. 1.*

*Iubilei que cognitio adhiberi debeat, 2.*

*Iobelei Ethimom, ſeu ethimologia, 3.*

*Iobeleus idem ſignificat quod quinquagenarius annus, qui Hebreis fuit cælebris, 4.*

*Iobelei Ethimom ignorarunt non nulli DD. qui referuntur, & vera erroris redditur ratio, 5.*

*Iobeleus Hebreorum, Romanum, & noſtrum, ſignificare aliqui voluerunt, in multis tamen aſsimilantur, 6.*

*Iobeleus à quo tempore in Eccleſia Catholica fuerit, 7.*

*Iobeleus Romanus habuit diuerſas mutationes, 8.*

*Iobe-*

*Iobeleus differt ab indulgentia, & in quibus, 9.*
*Annus ſanctus ſeu Iobeleus, & indulgentia habent ſe tanquam genus, & ſpecies, 10.*
*Iobelus D. Iacobi an anno durante alias gratias ſuſpendat, 11.*
*Iobeleus D. Iacobi an ſuſpendatur per Romanum, 12.*

# PRAELVDIVM I.

1 CVm igitur vniuſcuiuſque rei potiſsima pars principium ſit, vt per Conſult. in l. 1. ff. de orig. iuris, ſine quo totum omnino corruit edifitiũ, teſte D. Paulo, relato per D. Greg.
2 in c. cum Paulus 1. q. 1. Primô, ſeſe nobis offert nominis Iobelei ethimom ſeu ethimologia, quo modo cõceſſus in l. veteri, & in euangelica, & â quo tempore fuerit in vſu. Differẽtia inter Iobeleum, & indulgentiam plenariã, & vtrum per Iobeleum noſtrum aliæ
3 gratiæ ſuſpendantur. Iubileus itaque vt bulgariter pronuntiatur, vel Iobeleus, teſte Marco Antonio Sabelico lib. 3. Eneadis, ſeu Iobeleus, ſicut Tur. Cremat. in c. quis aliquando, § in leuitico de pænitentia diſt. 1. â voce Hæbrea Iobel, dicitur, teſte Nicolao de Lira ſuper Leuitic. c. 25. qui non latuit Cardinal. Alexandrin. in ſumma de penit. diſt. 1. quod ipſum ait Marcus Antonius Sabelicus vbi proxime, quamuis in alio deſideant, nempe in eo quod Lira, & Cardinal. dicunt

dicunt vocem illam Iobel, ſignificare bucinam, & ita annum quinquageſimum appellari Iobeleum, à clamore bucinæ, eo quod in ſeptimo menſe anni, cum proxime precedentis ſecundum vnum intelligendi modum, vel in ſeptimo eiuſdem anni Iobelei, ſecundum alium denuntiabatur Iobeleus, Marcus vero Antonius, Euſebium ſequtus, ait vocem illam Hæbream Iobel. ſignificare quinquagenarium, idemque valere vocem illam Iobeleum, de illa à Latinis deductam, cui conſentire videtur Polidorus Virgil. lib. 8 de inuentoribus rerum c. 1. ad fin. quatenus ait, annũ quinquageſimũ eſſe vere Iobeleum, pro quibus facit text. numerorũ c. fin. ibi, cum Iobeleus ideſt quinquageſimus annus remiſsionis aduenerit, cõfundatur ſortium
4 diſtributio. Ex quibus verbis ſignificatur verbũ Iubileus ſiue Iobeleus, idem importare, quod quinquagenarius, & ita annus Iobeleus per inde ſonare, ac annus quinquagenarius, certiſsimum n. eſt annum quinquagenarium Hæbreis fuiſſe celeberrimum, d. c. fin. numerorum, Leuitic. 25. & 27. per illudque memorabiliſsimum Marci Antonij vbi ſupra. ſcilicet Hæbreos illo ſpatio Iobelei, hoc eſt quinquaginta annorum, dimenſos fuiſſe annos aprotoplaſto, vt Græci poſtea olimpiadibus, & Romani luſtris, dimenſi fuerunt: remiſsionemque temporarium debitorum ſolitam fuiſſe fieri Hæbreis in anno Iobeleo, habet n. text. in Iobeleo plena remiſsio præſtabatur: & conſtat ex eo quod illo anno ſerui libertati donabantur, delicta relaxabantur, prædia deuendita ad antiquos poſſeſſores reuertebantur, immo & exules quoque in patriam

& priſtinam libertatem redibant, iuxta illud, Leuitic. 25. ibi ſantificabitque annum quinquageſimum, & vocabis remiſsionem cūctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt n. Iobeleus, reuertetur homo ad poſſeſsionem ſuam, & vnus quiſque redibit ad familiam ſuam priſtinam, quia Iobeleus eſt, & quinquageſimus annus, hucuſque text. quinimo, & in carcerē coniecti ſoluebantur, ſecundum Archidiaconum. Domini c. Alexandrin. in ſumma diſt. 7 Hoc tamen minime colligitur ex text. ſcripturæ: optime Nauarr. de anno Iobelei 10. notabili Suar. in 3. D. Thom. tomo 4. diſputatione 50.
5 ſeſ. 4. num. 8. Vnde infero deceptos fuiſſe Ioan. ab Anania, & Felin. in ſermone de indulgent. D. Antonin. in ſumma 1. p. c. 3. & alios ſatis probatum in caute ſignificaſſe in tract. de Iobeleo, poſt rubricam de crimine falſi, à num. 150. verbum Iubileum deſcendere à verbo Iubilus, per gloſſam ſingularem in clementina 1. §. intelleximus, de reliquijs, & veneratione ſanctorum, verbo, Iubilet. Tū quia gloſſa illa nihil de Iobeleo loquitur, ſed ſignificationem verbi Iobelei in illa litera poſiti explicat. Tum, quia licet verbum Iubileum genere neutro plane latinum ſit iuxta illud Sylet, Itali lib. 14.

*& litis ſcopulis audiuit Iubila Ciclops.*

Et ſignificet id quod gloſſa ſingularis, in d. clemētina ait ſignificare verbum Iubilus, ſcilicet gaudium quod
6 nec verbis explicari, nec penitus reticere poteſt, & licet á voce Iubilum deſcendat Iubilare, quod vt Feſtus inquit, eſt voce confuſa inclamare præ gaudio, iuxta illud pſalmi 94. Iubilemus Deo ſalutari noſtro, &

rurſus.

rurſus,in pſalmis Iubilemus ei, pſalm.97.99. & 46 vbi S. Thom. ait Jubilum eſſe letitiam immenſam, quæ verbis exprimi non poteſt, ſed voce datur intelligi, & quamuis à Iubilo deſcendat verbum Iubilatus, pro clamore ruſticorum,letitiam præſe ferentem. authore Varrone, & Vala, ſecundum quos, clamor huiuſmodi Vrbanorum,quiritatus dicitur; at verbum Iubileus pro re ad Iubilum pertinente nunquam apud latinum inuenitur, nec verbum Iobeleus adictione latina, vel græca deſcendit, ſed ab illa Hæbrea Iobel: vnde rectius pronuntiatur Iobeleus,vt Cardin.ſancti Sixti vbi ſupra pronuntiat, Marc. Anton. Sabelic. quem ſequimur cum Nauar.de anno Iobelei in principio,qui alia adducit ad propoſitum, quam Iubileus
6 vt vulgus profert. Iobeleum autem iſtum, indulgentiam anni Iobelei Romani,noſtrique ſignificare, & figuraſſe, aliqui voluerunt,ex leuitic, qui text. de præhenditur,illud tamen merito refutat Nauar. 3.& 4.notabili,in multis tamen noſtrum, & Romanum Iobeleum videntur aſsimilare, ſicut enim, illo Bucina,ſic noſtrum voce Apoſtolica pronuntiatur, in illo labor colendi terram ommitebatur, in hoc labor propius excuſſatur, per laborem, & merita Chriſti Domini, & aliorum ſanctorum : in illo debita temporaria, in hoc ſpiritualia condenantur : in illo libertas temporalis, in hoc ſpiritualis reſtituitur:in illo poſſeſsiones terræ alienatæ recuperabantur,in hoc virtutes & merita per peccatum deperdita : in illo denique exules in patriam redibant, per hunc exules ab illa patria ad quam creati fuimus, in hac lachrimarum valle per

errantes habiles efficimur; vt ad illam reducamur: optime Nauarrus 4. notabili, num. 3. Eman. Rodrig. in ſum. c. 265. num. 1.

7 A quo vero tempore in Eccleſia Catholica fuerit Iobelei vſus, non mediocris eſt dificultatis: tu vero reſolue ab Apoſtolorum temporibus initium habuiſſe, & a primitiua Eccleſia fuiſſe conceſſum viſitantibus Romæ baſilicas Apoſtolorum Petri, & Pauli, Henriquez in ſumma lib. 8. tit. de indulgentijs, c. 15. num. 6. Nauarr. not. 26. num. 1. Zarola 2. p. verbo annus ſanctus, verſiculo, ad primum quamuis falſe ſupponat id ex ea ratione probari, quia indulgentia, & annus Iobelei in ſacramento pænitentiæ includuntur, quod á lege Euangelica incepit: hoc n. ab omni ratione alienum eſt, nam nec Iobeleus, nec indulgentia in ſacramento includuntur, vt alibi dicemus. Ignoratur tamen quis fuerit primus Pontifex qui conceſsit Iobeleum, & qua forma, & modo. In quo ſolũ habetur pro certo, Bonifatiũ octauũ, qui floruit anno 1294. vt refert Illeſcas in Hiſt. Pontific. renouaſſe Iobeleum centeſimum, vt patet ex extrauaganti Antiquorum de pænitentijs, & remiſsionib. contra Polidorum lib. 8. c. 1. de inuentoribus rerum: cuius inſtitutio antiquiſsima erat, teſte Ioanne Monaco, colum 4. gloſſa 9. in d. extrau. Soto diſt. 21. q. 2. Nauar. vbi proxime notabili 7. num. 4. & inſinuat ipſe Bonifatius d. extrau. Caſtro verbo indulgentia, Corduba q. 7. Caietanus tractatu 15. c. 1. plurimos refert Henriquez in ſumma de indulgentijs, lib. 7. c. 4. litera H. & quamuis aliqui Doctores moderni exiſtiment cum Nauarro in tract.

de anno Iobelei not. 4. num. 1. & num. 4. not. 7. quod Bonifatius, licet non fuerit primus in inſtitutione Iobelei, fuiſſe primum qui talem indulgentiam iuſſerit ſcriptis mandari: contrarium aperte comprehenditur ex Bulla noſtri Iobelei, quam Alexander Tertius, conceſsit inſtar Romani, qui obtinuit ſedem Apoſtolicam anno 1162. fere centum & viginti annos ante Bonifatium, & refert Calixtum 2. Eugenium & Anaſtaſium idem feciſſe, qui multis antea ſæculis floruerunt, vt ex Illeſcas vbi ſupra conſtat. Vnde pro conſtanti, eſt affirmandum contra Nauarrum, & eius ſequaces, Iobeleum Romanum ante Bonifatium in ſcriptis redactum fuiſſe, qui in prædicta extrauaganti Antiquorum concedit, vt viſitantes anno Iobelei ſi Romani fuerint per 30. dies, ſi vero peregrini per quindecim, Baſilicas Apoſtolorum Petri, & Pauli, nō ſolum plenam, & largiorem, ſed pleniſsimam, omnium ſuorum peccatorum veniam conſequantur.

8 Clemens vero 6 per extrauagantem Vnigenitus, centenarium Iobeleum reduxit ad quinquagenarium, cū eiſdem indulgentijs, & eodem modo, quod poſtea Vrbanus 6. Martinus 5. & Nicolaus 5. approbarunt. Hūc autem terminum quinquagenarium Iobelei. Paulus 2. reduxit ad annum 25. & Sixtus 4. eandem Pauli conceſsionem confirmauit, vt cōſtat ex extrau. Quæmadmodum, de pænitentijs, & remiſsionibus, idemque ſtatuit Gregorius 13. vt habetur in compendio ſuarum conſtitutionum, conſtitutione 10. ita Nauarrus, de anno Iobelei not, 24. Zerola verſiculo annus ſanctus, §. 1. Henriquez de indulgentijs, in ſumma c 4.

num.

num. 2. Petrus Gregorius Sintagmatum, lib. 2. c. 9.
9 num. 3. Iobeleus vero iſte, differt ab indulgentia ple-
naria; nam indulgentia plenaria, ſecundum vſum
Romanæ curiæ, qui hodie praxi habetur, nihil aliud
eſt, quam quædam remiſsio, omnium pænitentiarum
venialium, & mortalium, peccatorum, quæ confeſſa
fuerunt vel non confeſſa, appoſitorum per confeſſa-
rios, ſiue quocunque modo debitarum, Corduba de in
dulgentiis, q. 11. Eman. Rodrig. in ſum. c. 265. num. 2.
In Iobeleo autem concedit Pontifex Maximus vltra
indulgentiam plenariam, quod pænitens poſsit abſol-
ui ſacramentaliter ab omnibus peccatis, quamuis ſedi
Apoſtolicæ ſint reſeruata, & contineantur in Bulla
Cenæ, præterquam in crimine hæreſsis, de quo latius
10 infra. Eman. Rodrig. vbi ſupra. Et annus ſanctus ſeu
Iobeleus cum indulgentia, habēt ſe ſicut genus, & ſpe-
cies, nam indulgentia eſt velut genus, annus vero ſan-
ctus, ſeu remiſsio peccatorum, velut ſpecies, Nauarr.
not. 8. num. 3. & not 10. Zarola verbo annus ſanctus 2.
p verſ. ad 7. Non tamen ex hoc ſequitur, quod remiſ-
ſio peccatorum, & indulgentia peccati, omnino diffe-
rant: nam & animal rationale, & ſenſibile differunt,
vt genus & ſpecies, minime tamen inter ſe diſſentiūt,
prout dicitur in aliquibus canonibus & Bullis, exco-
municamus, & anathematizamus, quamuis in hiſce
verbis, alia poſsit eſſe interpretatio, vel quia ponun-
tur exageratiue, vel quia conuertuntur, ſiue conſide-
rantur vt ſubſtantiuum, cum adiectiuo, vt indulgentia
plenaria ſit adiectiuum, remiſsio vero peccatorum,
ſubſtātiuum, Nauar. dicto not. 8. n. 3. Zarola d. §. ad 3.

Non

1 Non leuis tamen eſt difficultas, an per Iobeleum D. Iacobi aliæ gratiæ ſuſpendantur? & ſumpto argumento à Iobeleo Romano cui ſimile eſt noſtrum, vt ex bulla conſtat, pars affirmatiua ſubſtinenda videtur, nam in illo indulgentias plenarias ſuſpendi certũ eſt, ex extrauaganti, Quæmadmodum Sixti 4 inter cõmunes, minime tamen alias gratias conceſſas aliquibus locis vel perſonis, notat Nauarr. de anno Iobelei not. 28. à num. 1. & not. 33. per totum, Zarola verbo annus ſauctus, §. ad tertium. Emanuel Rodriguez in explicatione cruciatæ, §. 10. dud. 5. Hẽriquez c. 15. num. 8. hoc tamen intelligis extra urbem, non tamen intra, ex eiſdem nec auferri poteſtatem ordinariorum, quæ eis competit, à iure communi, & â Tridentino, ſeſ. 24. c. 6. de reformatione: nec indulgentias temporaneas per tot. dies, Nauar. & Zarol. vbi proxime. Eſt enim argumentum aſsimile, â quo ſumptum eſt, probabile, vtile & frequentiſsimum, maxime vbi militat eadem ratio, prout in præſenti, ſicut ſuo loco dicemus, & ita eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. l. illud, ff. ad l. aquileam, l. â Titio, ff. de verborum obligationib. cum vulgaribus. Illa n. quæ in radice, & cauſa conueniunt, in efectu etiam conuenire neceſſe eſt, l. de quibus, & ibi Angelus, & DD. ff. de legibus, Euerardus in Topicis, loco aſsimili. Vnde conſequitur quod iſto anno Iobelei, omnes indulgentiæ plenariæ extra iſtam ciuitatem ſuſpendi debent, item poteſtas commutandi vota, & diſpenſandi ſuper eis, deinde facultas diſpenſandi, vel componendi, ſuper male ablatis, in certis, vel certo modo remitendi, ſimiliter libertas deputandi

con-

confeſſarios cum poteſtate abſoluendi â caſibus reſſer uatis ſedi Apoſtolicæ. Contrarium vero, verius iudico, ex eo quod, dicta extrauagans Sixti 4. in qua talis gratiæ ſuſpēduntur, fuit poſt noſtrum Iobeleum multo tempore edita, & promulgata, quare etiam ſi daremus argumentum â ſimili efficax in noſtro caſu, ad præterita non extenderetur, argum. text. in l. leges, & conſtitutiones, ff. de ll. vbi notant Doctores, de inde ex regula, odia, de regul. iur. Tertio quia licet noſter Iobeleus ſimilis ſit Romano, hoc tantum procedit in hoc, quod eſt poſſe conſequi eaſdem indulgentias, nō tamen in alijs, nam in multis differunt, vt fortaſsis dicemus infra prout in hoc, & ita ſecure affirmo per noſtrum Iobeleum alias indulgentias, & gratias non ſuſpenſi.

12 Non immerito tamen quis dubitabit, ſuppoſito quod per Iobeleum Romanum omnes indulgentiæ plenariæ ſuſpenduntur, ex dicta extrauaganti Sixti, & conſtitutione Gregorij, taliter quod poſtea non reuiuiſcat ſine noua confirmatione, ex Nauarro dicto 28. not. á num. 27. Zarola & Emanuel Rodriguez vbi ſupra; an ſuſpenſus fuerit etiam noſter Iobeleus? & videtur quod ſic ex proxime dictis, contrarium tamen declarauit Sixtus Papa Quintus, ad petitionem noſtræ Apoſtolicæ Eccleſiæ, in Breui quod in ipſa habetur datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annullo Piſcatoris 15. Aprilis 1589 Pontificatus eiuſdem anno 4. his verbis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ſuſpenſionem per prædictum Gregorium ratione anni Iobelei factā â fine dicti anni expiraſſe,

& ali-

& aliquod prædictis indulgentijs veſtræ Eccleſiæ, iuxta tamen formam Concilij Tridentini conceſſis, nõ generaſſe impedimentum; & propterea Chriſti fideles eandem Eccleſiam, pie & deuote viſitãtes, illis omnibus perpetuo frui, & gaudere potuiſſe, in omnibus, & per omnia, prout ante dictam ſuſpenſionem, ex conceſsionibus, prædictorum prædeceſſorum, vt præfertur frui & gaudere poterant, & prout vſi & gauiſi ſuerunt, non obſtante ſuſpenſione prædicta, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

## PRAELVDII SECVNDI SVMmarium.

*Indulgentiæ quæ cognitio haberi debeat, num. 1.*

*Indulgentiæ nomen, equiuocum, varia in iure ſignificat, & quomodo accipiatur in noſtro tractatu, 2.*

*Indulgentiæ vera diſinitio, traditur ab authore, 3.*

*Indulgentia, quare dicatur relaxatio pœnæ, 4.*

*Indulgentia, cur ſit remiſsio pœnæ, & non culpæ, 5.*

*Verba aliquarum indulgentiarum, in quibus dicitur quod conceditur indulgentia à culpa, & pœna quomodo intelligantur, 6.*

*Indulgentia, cur ſit remiſsio pœnæ temporalis, 7.*

Indulgentia, quare concedatur pro peccatis proprijs, 8.
Indulgentia, de Theſauro Eccleſiæ deducitur, 9.
Indulgentiæ diffinitio, non exaurit naturam diffiniti, & ſatisfit obietioni, 10.
Indulgentiarum vſus, antiquiſſimus, contra Luterum, & Roſenſem, 11.
Indulgentiarum alia totalis, alia partialis, quid vtraque ſit, & aſsignantur aliqua exempla, 12.
Indulgētia, in qua conceduntur tot anni vel dies, quo modo intelligatur, 13.
Indulgentia diuitur in plenam, largiorem, & pleniſsimam, 14.
Indulgentiarum diuiſio in plenam, largiorem, & pleniſsimam reijcitur, 15.
Text. in extrauag. Antiquorum, de pænit. & remiſſion. interprætatur, 16.
Bulla Cruciate, in illis verbis, conſigan y ayan pleniſſima indulgentia, interprætatur, 17.
Indulgentiarum alia ſpecialis, altera generalis, 18.
Indulgentiarum alia perſonalis, alia localis, 19.
Indulgentia quam pænam temporalem remittat, & intelligitur text. in extrauag. vnigenitus, 20.
Indulgentia eſt res ſub præcepto neſceſſaria, & quomodo intelligatur, 21.

Chri-

*Chriſtus Dominus ita ſatisfecit de rigore iuſtitiæ pro pœna, ſicut pro culpa, & quomodo intelligatur, 22.*
*Indulgentia cum ſit remiſsio pœnæ temporalis, impropriæ dicitur indulgentiam abſoluere â culpa, & pœna, & quomodo intelligatur, 23.*
*Indulgentiarum qualis debeat fieri interpratatio, & referuntur diuerſæ ſententiæ, 24.*
*In indulgentiarum interpratatione quid faciendum, ſecundum authoris ſententiam, 25.*
*Indulgentiarum gratia, quando expiret, 26.*

# PRAELVDIVM 2.

Diximus præcedenti præludio, Iobeleum ab indulgentia plenaria differre, non omnino tamen, vt autem hoc mellius cognoſcatur aliqua de materia indulgetiarum adnotare oportet. 1. Quid ſignificat nomen (Indulgentia.) Quomodo accipiatur, cum de indulgentijs conceſsis à Pontifice, ſeu alio habente poteſtate loquimur? Eius diffinitio, quam explicabimus per partes. A quo tempore fuerit vſus indulgentiæ? Quotuplex ſit? Quæ ſit pæna temporalis quæ per ipſam remittitur? & Vltimo qualis indulgentiarum fieri debeat interpretatio, & quo tempore duret? 1

2 Ad primum, indulgentiæ nomem equiuocum eſt,

variaque in iure noſtro ſignificat: aliquando priuilegium, diſpenſationem, ſeu prerrogatiuam quandam demonſtrat.c.final, vt litependente, c.dudum de priuileg.clem.2. de celebratione miſſarum, l. penult. ff. de conſtitutio.Principum reg.indultum de regul.iur.in 6. Quandoque ſummitur pro diſpẽſatione, c. final 77. diſt.c.dudum 2.§. fin. de electione. Nonnũquam pro literis remiſsionis, c.fin. de pænitent. & remiſſ. in 6. ita etiam remiſsionem pæne in foro exteriori ſignificat.l.fin.C.de abolitionibus, c.ſi quem, § indulgentia 2.q.3.l.1.tit.33.partit.7. apud linguæ latine optimos profeſſores, ſepiſsime indulgentiæ nomen vſurpatur pro eo quod eſt, immodicam, licentiam alteri facere ad aliquod illicitum perpetrandum, vt indulgere gulæ, vel ſenſualitati, iuxta illud Quintiliani, mollis educatio quam indulgentiam vocamus neruos omnes, & mentis & corporis frangit. Ciceroniſque in Lelium, ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens ideſt conſentiens amicum præcipitem fieri ſinit. Quare â noſtris Neotericis interpretibus materiam indulgentiarum tractantibus vſurpatur, ex eo n. quod indulgemus quaſi conſentientes, vt malum fiat. Tractum eſt nomen iſtud, ad id quod eſt parcere quidpiam quod fecit, in quem ſenſum. ſummitur in c. fin. de pænitẽt.& remiſſ.pro remiſsione pænæ in foro pænitentiali teſte Nauar.vbi ſupra not. 20. num. 2. Soto in 4 ſententiarum diſt. 21.q.1.art.1. in qua ſignificatione de indulgentia erit noſter ſermo.

§ Indulgentiæ igitur, pro vt ſic, varias aſsignant diffinitiones DD. vt per Caiet.de indulgent. c. 7. Cordub.

dub. eodem tract. q. 1, & 3. Henriq. in ſumma eodem c. 1. Suar. tom. 4. diſputat. 49. ſeſ. 4. in principio, Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ in principio t. ſun[illegible] mento: ex noſtris Calderin. in c. noſtro de pœnitent. & remiſſ. Felin. in ſermone de indulgentijs Cardinal. ſancti Sixti, in c. quis aliquando, §. in leuitico de pœnit. diſt. 1. num. 8. Nauar. not. 20. vbi ſupra, Summiſt. ſuis in locis, & alij a citatis relati, maxime ab Henriq. qui in principio longam DD. phalangem adducit, hãc materiam pertractantes. Ea tamẽ præſtãtior videtur, vt Indulgentia ſit pœnæ temporalis relaxatio, quam quis iuſte pro peccatis proprijs ſubdinere debuiſſet, de theſauro communi Eccleſiæ, extra abſolutionem ſacramentalem, ad diuinam iuſtitiam per ſoluendam, ſumpta à Prælatis Eccleſiæ, Cui diffinitioni adſtipulatur regia, l. 3. tit. 32. partita 7. vbi Gregorius. Quam explicando per partes, vt melius intelligatur. Diximus relaxatio pœnæ, ex eo quod indulgentia in hac materia ſummitur pro remiſsione ac condonatione, vt probatur in extrauaganti Vnigenitus de pœnitent. & remiſſ. cum ſimilibus. Diximus item relaxatio pœnæ, & nõ pœnitentiæ iniunctæ, vt opinatus fuit Caiet. ſup. c. 2. quia per indulgentiã nõ ſolũ pœnitẽtiæ iniũctæ, ſed etiã iniũgẽdæ remittũtur omnino, docet Mich. de Medin. de indulg. diſp. 4. c. 13. & 14 Nau. not. 11. nu. 9. de quo latius infra. Diximus etiã relaxatio pœnæ, vt intelligamus non de remiſsione quę fit in foro iuditiali, & cõtētioſo, vt eſt remiſsio pęnæ pecuniariæ, & abſolutio ab excommunicatione ſed de remiſsione, quæ fit in foro pęnitẽtiali, extẽſiue, & extra ſacramẽ- 4

tum,

tum, vt bene aduertit Sot. in 4. diſt.21.q.1.art.1. nam quando virtute abſolutionis remititur, & culpa, & tota pœna, vel pars eius, illa abſolutio ſacramentalis eſt, cæterum Prælati Eccleſiæ extra ſacramentum, in eodem foro pœnitētiali habent poteſtatem pœnam temporalem pro peccato debitam relaxandi, iuxta illud, Ioānis c.20. relatum in c. quodcumque 24.q.1. Math. c.16. ibi quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in celis, & quod cumque ſolueris, erit ſolutum & in celis c. conſtitueretur 50. diſt. c. adhuc de pænitētia diſt.1. D. Paul.2, ad Chorint.c.20. ibi, cui autem aliquid condonaſtis, & ego condonnaui, ſiquid donaui propter vos in perſona Chriſti, docet Sot. vbi ſupra q.1.art.2. Medin. ſupra diſputatione 5. c.15. de quo hodie extat cęlebris deciſio. Trident. ſeſ. 14. c. 6. poſt princip. & ſeſ.25.c. de indulgētijs in capitis exordio. Diximus in diffinitione, pœnæ, & nō culpæ, quia
5 culpa ſine ſacramento pænitentiæ â Prælatis Eccleſiæ remitti non poteſt c. verum de pœnit. diſtint. 1. c. vt euidenter 1.q.1. explicat eleganter D.Th.3.p.q. 64. art.3 & 4. ſolus enim Deus Redemptor noſter authoritatiue culpam peccati remittit, & ſi inſtrumentaliter ſacerdotes â peccatis abſoluant, text. elegans, in c. remittuntur 23.q.5. quem optime ponderat ad caſum Nauar. in c.1. de pænit. diſt.6. num.15. ita interpretandus eſt tex. in d.c. quodcumque in d.c. vt conſtitueretur, in d.c. adhuc, illud Ioan.c.20. Math. c.16. Trident. ſupra & cap.3 & in d.c. nemo, d.c. vt euidenter, ibi Spiritus ſanctus dimittit, & non vos, illud Isaię c.43. ibi ego ſolus deleo peccata populi. Triden.

ſeſ.

reſ. 14. c. 6. docet Sot. in 4. diſt. 14. q. 1. art. 3. Cordub. in Quæſtionar. q. 1. Caſtro de hæreſ. verbo abſolutio. 1. & 2. hæreſ. Nau. in manual. c. 4. num. 7. D. Th. 3. p. q. 83. art. 3. & in 4. diſt. 17. & 18. q. 2. & diſt. 22. q. 3. Quodlibe-to 4. q. 10. & opuſculo 22. Quid autem ſit culpa & pæ-
na, pete à Felino, de indulgent. col. 3. Et quomodo in- 6
telligantur verba aliquarum indulgentiarum, in qui-bus dicitur quod conceditur indulgentia à culpa, & à pæna conſule D. Antoninum 1. p. tit. 10. c. 3. § 4. & 5. Silueſt. tit. de indulgēt. num. 10. & 24 Eman. Rodrig. in explicatione Cruciatę in principio num. 3. verſic.
de aqui ſe colige, Corduba de indulgent. q. 8. Dixi- 7
mus in diffinitione pænæ temporalis non autem pæ-næ æternæ: nam pæna æterna, vt etiam culpa per in-dulgentiam, non remittitur, ſed pæna temporalis tan tum, vt eſt commune axioma, ex text. in d. extrauag.
vnigenitus. Diximus deinde: quamquis iuſte pro pec- 8
catis propijs: nam quilibet pro peccato letale damna-tus eſt ad pænam æternam, iuxta glo. celebr. verſic. prodeſſe, in c. 2. de raptoribus, & ſi talis peccator con-fiteatur, aut de peccato conterat, cum intentione de-bita confitendi tempore debito, & ſatisfaciendi, illa pæna æterna commutatur in temporalem, & etiam ex illa pæna aliquid remititur pæniteñti, per confeſsio-nem, & verecundiam, quam in ipſa confeſsione fuit paſſus, & per pænitentiam, ſibi in iuntam, c. fin. in fin. de pænit. diſt. 7. explicat eleganter Magiſt. ſententia-rum in 4. diſt. 20. tantaque poteſt eſſe contritio, vt pæ-na temporalis, ſimul & æterna remitatur, iuxta glo. in c. menſuram, de pænit. diſt. 1. glo. in extrauaganti 1.
de

de pænitẽtijs & remiſſ. inter communes ſupra citata,
docet Magiſt. ſentent. ſupra liter, C. Cano, in releƈt.
9 de pænit. 5. p. col. 15. Denique in diffinitione dicitur
theſauro communi Eccleſiæ; ad denotandum Eccle-
ſiam Catholicam, hoc habere theſaurum ſpirituale
collectum, nedum ex meritis Chriſti, ſed etiam in ma
culatæ Virginis, & ſanctorum tex. in d. extrauag. Vni
genitus, ex quo celeſti Theſauro Romani Pontifices,
& alij Prælati habent poteſtatem abſoluendi â pæna
temporali, peccato debita, & applicandi vnicuique
Chriſtiano, vt cum eo ſatisfatiat huiuſmodi pænæ de-
bitæ pro peccatis: eleganter explicat Abb. in c. quod
autem de pænitentijs & remiſſ. & ante eum Hoſtienſ.
in ſumma ſilius tit, §. quod valeat Silueſt. verbo, in-
dulgentia q. 1. Ioan. de Argomanas de effectu indulgẽ-
tiarum conſideratione 6. Durand. in 4. diſt. 20. q. 5.
10 Sed adhuc contra iſtam diffinitionem, ſic explica-
tam, videtur obſtare, quod nõ exauriat naturam diffi-
niti, quia non excludit peccatũ originale: debebat. n.
dicere pro peccatis actualibus, deinde cauſam expo-
ſtulare in indulgentia, quia ſine illa concedi non poſſe
videtur. Huic tamen obiectioni, breuitur ſatisfacies ſi
aduertas, quod culpa originalis non remittitur â Prela
tis Eccleſiæ, ſed á Deo per baptiſmũ, c. firmiſsime de
conſecratione diſt. 4. nec item particula illa cauſa, ad-
di neceſſe erat, nam implicite intelligitur, de natura.
n. indulgentię eſt vt ſemper cũ ea fiat, D. Paul. 1. ad Co.
rint. c. 4. c cum ex eo verſ. ad hæc de pænitentijs & re-
miſſ. d. extrauag. Vnigenitus, & nos latius dicemus
in ſuo loco.

Vſus

Vſus vero indulgentiæ non eſt recens, vt exiſtimauit impiiſsimus Luterus, & falſo Roſenſ. art. 18. qui conceſsit Lutero, vſum indulgentiæ eſſe poſt tempora Auguſtini, nec olim tã notam fuiſſe fidem de Purgatorio, & de pęnis, in conſcientia debitis: vnde quidam recenciores aiunt, non eſſe temerarium, negare vſum, & praxim indulgentiarum, eſſe ab Apoſtolorum tempore: Sed oppoſitum verius eſt, & pro conſtanti tenendum, vſum indulgentiarum, à tempore Apoſtolorum in Eccleſia Catholica receptum fuiſſe, quod aperte probatur, nam vſus, quem Apoſtoli incoarunt, & ab eis Eccleſia ſuſcepit, & continuata Paſtorum ſuſceptione ſemper retinuit, non poteſt, non eſſe legitimus, & à Chriſti poteſtate, quæ ad illum ſit neſceſſaria deſcendens: hic n. eſt legitimus modus, probandi legitimas, & Apoſtolicas traditiones, teſte Auguſt. lib. 4. de baptiſmo c. 24. Huiuſmodi autem eſſe hunc vſum probatur, nam Paulus 2. ad Chorint. 2. indulgentiam conceſit alicuius partis pæne, inceſtuoſo illi, quem prius grauiter punierat: ita oſtendunt verba eiuſdem, ibi ſufficit illi qui huiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, & infra eodem tex. ibi: Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vbi Chriſoſtom. Thæophilat. Theodoret Oecũenius Ambroſ. & alij expoſitores aduertunt, Paulum vſum fuiſſe, verbo ſignificante liberalem remiſsionem, & condonationem, quia incęſtuoſus illæ non dum plene ſatisfecerat, pro delicto, & nihilominus Paulus liberalem ei indulgentiam conceſsiſſet, vlterioris pęne debite, vel ex quadam prudenti miſericordia ne for-

te abundatiorẽ triſtitia abſorueretur, vt idem Apoſtolus dixit, vel in gratiã Chorintiorum, qui pro ipſo intercefferant, vt verbum illud (propter vos) ſignificat; illam autem indulgentiam fuiſſe veram, & per poteſtatem á Chriſto datam declarauit Paul. illo verbo (in perſona Chriſti) habemus igitur ex hoc loco, indulgentiarum vſum, â Chriſto fuiſſe incoatum, quem licet aliqui tentarunt ſubuertere, ad propoſitum defendit doctiſsimus Suar. de indulgentijs, ſeſ. 2. á num. 3. qui affirmat ab Apoſtolorum tempore, fuiſſe in vſu indulgentias, Henriq. vbi ſupra c. 3. num. 2. Nec parum prodeſt ad confirmandam indulgentiarum antiquitatem Romana traditio quæ in vrbe habetur, de Stationibus aliquarum Eccleſiarum, in quibus plenariæ indulgentię lucrantur, quarum initium ignoratur, & a primis Pontificibus manaſſe videtur, quod ſignificauit Bonifatius Pap. in extrauag. 1. de pænitent. & remiſſ. ibi Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de vrbe, conceſſe ſunt magnæ remiſsiones, & indulgentię peccatorum, conſtatque ex noſtro Iobeleo, diximus primo pręludio, & tempore D. Gregorij, qui conceſsit indulgentias viſitantibus Romæ Baſilicas, & ſtationes ita Suar. vbi proxime num. 12. qui alios Pontifices refert ſimiles indulgentias conceſsiſſe, & plures DD. hoc idem affirmantes, Henriq. ſupra d. c. 3. num. 2. aducit, Sot in 4. diſt. 21. q. 1. art. 3. Archidiaconus tract. de indulgentijs, idẽ de antiquiſsimo iure indulgentiarum, conſtat ex Concilio Cartaginenſ. 4. c. 76. hodie ex Concil. Trident.

ſeſ.

ſeſ. 25. decreto de indulgentijs, hęc veritas ſine controuerſia eſt, ibi cum poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſię conceſſa ſit, atque huiuſmodi poteſtate diuinitus ſibi tradita, antiquiſsimis etiam temporibus illa vſa fuerit: hucuſque Trident. ex quibus verbis conſtat poteſtatem indulgentiæ conceſſam fuiſſe Apoſtolis à Chriſto. Apoſtolis vero prę cęteris nota fuerunt myſteria omnia fidei, ergo & hæc poteſtas: Nauar. not. 7. Clemens lib. 3. conſtit. c. 10. & omnes Patres in id. 2. Corinthiorum 2. ego ſi quid donaui, vbi Chriſoſtomus, Ambroſius, Theodoretus, & hunc locum citat D. Thom. in additionibus ad 3. partem q. 25. art. 1. arg. ſed contra plurimos refert, & ſequitur Henriquez, in ſumma c. 3. in glo. lit. F. ex quibus omnibus indulgentias in primitiua Eccleſia à Chriſti Domini tempore fuiſſe in vſu nemini dubium erit.

Quotuplex autem ſit indulgentia, non mediocris eſt difficultatis, & aliqui primam indulgentię fecerũt diuiſionem, vt alia ſit totalis, alia vero partialis, quam inſinuare videtur Clemens 6. in extrauag. Vnigenitus de pęnitentijs, & remiſsionibus, dicens ibi Theſauri Eccleſiaſtici diſpenſationem Petro eſſe commiſſam, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſsone pænæ tẽporalis, pro peccatis debitis applicandam, & ſic totalis indulgẽtia dici videtur, quæ totam pænam remittit ei cui applicatur. Partialis vero quę tãtum remittit partem pænę. Vnde illa quæ totalis eſt, ſecundum formalem rationem vnica eſt, & diuiſionem non recipit, quia eſt maxima, quæ fieri poteſt ſecũdum formalem 12

rationem; quia ex parte ſubiectorum poteſt effectus huius indulgentiæ eſſe maior vel minor, quaſi materialiter quatenus vnus qui talem indulgentiam lucratur poteſt eſſe debitor maioris pænę, quam alius, & ideo fieri etiam poteſt, vt indulgentia maiorem in illo habeat effectum, quam in alio, tamen hoc eſt per accidens, & quaſi materialiter, quia non aufert illam pænam, quatenus tantam vel tantam, ſed quatenus totam; eſt autem accidentarium tali indulgentiæ, quod tota pæna vnius maior ſit quàm alterius, nec eſt incõueniens quod eadem gratia, ſeu conceſsio in æquales effectus operetur in duobus qui æqualiter ſe diſponunt, vel ęqualem diligentiam faciunt, in ipſamet indulgentia requiſitam, maxime in effectibus priuatiuis, quando illa inæqualitas materialis tantum eſt, proueniens tamen, ex maiori forma (vt ſic loquamur) præſuppoſita in ſubiecto: ſic.n. baptiſmus (vt exemplum ponamus) colatus duobus adultis poſitiue æque diſpoſitis, habentibus inæqualia debita culparum, vel pænarum, plus vni remittit quam alteri, licet effectum poſitiuum gratiæ, æqualem vtrique conferat, quia illa inæqualitas ſolum prouenit ex eo quod in vno plura erant remitenda quam in alio, nam baptiſmus de ſe totum remittit, ita igitur hæc indulgentia totalis, poteſt maiorem, vel minorem pænam remittere, ſemper tamen de ſe totam quam in ſubiecto inuenit. Ex quibus intelligi poteſt, hanc indulgentiam totalem, eandem eſſe, quam noſtra iura indulgentiam plenariam vocant, & ita omnes DD. in confeſſo habent. Indulgentia vero partialis eſt illaque non abſolute, ſed

cum

cum aliqua additione determinante remiſsionem ad partē pænę conceditur, conſtat enim hoc modo poſſe concedi indulgentiā, quia pæna poteſt per partes remitti, & Prælatis Eccleſiæ poteſt, vel iuxta cauſæ exigentiam vel iuſta ſuam limitatam poteſtatem, vel certe pro ſua voluntate, partem tantum pænæ remittere; quando ergo ſufficienter hoc in conceſsione explicatur, indulgentia eſt partialis, cuius diuerſa exempla aſsignant. DD. Primum ſit. ſi indulgentia tantum concedatur de pænitentijs in iunctis, illud tamen improbat Suar. tomo 4. in 3. p. diſput. 50. ſeſ. 5. in principio, Secundum, quando indulgentia eſt de peccatis cō tritis, & confeſsis, quamuis aliqui iſtam indulgentiam totalem appellent, taliter quod illa verba (contritis, & confeſsis) non ſint reſtrictiua, ſed declaratiua, ita vt per inde valeant ac ſi diceretur: de omnibus peccatis remiſsis per contritionem, & confeſsionem, ita videtur, ſentire Adrian. in 4. de Indulgentijs, Antonin. 1. p. tit. 10. c. 3. §. 5. Nauar. de indulgentijs, & Iobel. not. 18. num. 14. qui citat Angelum in ſumma verbo indulgentia, §. 17. idem Nauar. not. 30. num. 11. & 12. citans Felin. Silueſt. & alios, de quo vide Suar. vbi proximæ num. 4. & num. 7. An in iſta indulgentia de quibus cōtritus, & confeſſus eſt includantur venialia, cui tenet num. 8. partē affirmatiuā, & ſi nullo modo cōfeſsio de eis facta ſit quia verba illa (de quibus contriti, & confeſsi fuerint) optime poſſunt intelligi, ſecundum portionem ac commodum, ideſt de vnoquoque peccato exigendo id quod ad perfectam eius remiſsionem ſufficiens, eſt & tandem num. 8. iſtam indulgentiam, totalem

talem non partialem appellat. Tertium exemplum ſit indulgentiæ partialis, & ſatis vſitatum, quando per dies aut annos conceditur, & ſic concedi ſolent quadragena, ideſt quadraginta dies indulgentiæ, & ſeptena, ideſt, indulgentia ſeptem annos, ſolet etiam quædam indulgentia vocari Carena quæ vtranque prædictam complectitur, ſcilicet Ieiunium quadraginta dierum, & ſeptenam aliam pænitentiam, Suar. ſupra num. 21. Emanuel Rodrig. in explicat. Bullæ,
13 §. 7. cum ſequentibus vbi explicat. Non ommittamus tamen vulgare dubium in hac materia. Quid per hæc verba ſignificetur? aliqui. n. putarunt, quando cõceduntur tot dies, vel anni indulgentiæ, id intelligendum eſſe de diebus, vel annis purgatorij, ideſt vt tot anni ex pæna purgatorij remittantur quod in indulgentia exprimuntur, & videtur ſenſiſſe Viguerius in inſtitutionibus, c. 18. §. 6. verſ. 22. eam ſententiam libenter arripiunt, & Catholicis tribuunt Hæretici, vt irrideant indulgentias quæ id remitunt, quod nunquam futurum eſt. Hæc tamen ſententia, vt falſa minime ſubſtineri poteſt, primo propter rationem inſinuatam quia ſæpe cõceduntur mille, vel decemmille anni indulgentiæ, cum tamen pænæ purgatorij, ordinariæ non ſint tanto tempore durature (vt creditur) licet poſsint vſque ad diẽ iuditij, ſecũdum veriorem ſententiam, Henriq. de indulgentijs lib. 7. c. 16. in fin. Sot. diſt. 19. q. 3. art. 2. Suar. vbi ſupra q. 46. ſeſ. 4. num. 2. vbi probat. ex D. Auguſt. 21. de Ciuit. c. 16. & ex D. Mattheo, c. 15. Vnde cauendum eſt ab illis qui affirmant, nullam animam detineri in purgatorio, vltra

decem

decem vel viginti annos, & ita quidam inſignis Prædicator compulſus fuit, retractare iſtam ſentētiam, à ſupremo Inquiſitionis ſenatu, eo quod retrahebat viuos ab operibus, ſatisfatorijs, & Miſsis offerendis pro defuntis, refert Henriq. vbi proxime. Secundo ſupra dicta ſententia probatur quia ex verbis ipſis conſtat, per illa nomina, quadragena, ſeptena, & ſimilia, ſignificari antiquas pænas, quæ olim erant in vſu Eccleſiæ, & iuxta illas fieri hanc remiſsionem. Tertio quia pæna purgatorij, non duratione tantum, ſed etiam intentione, & aceruitate pænarum menſuratur, vnde veriſimile non eſt æque remitti tot annos illius pænæ, ſiue intenſa ſit ſiue remiſſa: eſt igitur communis ſentētia diem vel annum, in huiuſmodi indulgentijs, proxime ſignificare durationem pænitentialis, ſatiſfactionis, in hac vita exhibitę pro peccatis: per indulgētiam autem remitti non ſolum ſatisfationem pænitētialem, ſed tantam pænam purgatorij, quantam per pænitentiam vnius diei, vel anni remiteteur; ita explicant late Sot. diſt. 21. q. 2. art. 1. Cordub. & ex eiſdem Suar. diſput. 50. ſeſ. 5. num. 10. noſter Greg. glo. verſ. quarenta dias, in l. 45. tit. 4. part. 1. Aliam & ſecundam indulgentiæ diuiſionem aſsignant non nulli authoritate, text. in extrauag. Antiquorum, de pænitent. & remiſſ. vt alia ſit plena: alia largior: tertia pleniſsima, & conſtat ex illis verbis ibi, non ſolum plenam, largiorem immo pleniſsimam, omnium ſuorum concedimus veniam peccatorum, & ita videtur cōſtare quod indulgentia eſt differentia in æqualitatis in effectu, & ſic quod non omnes ſunt totales, quinimo præter his, 14

addi

addi ſolet Iobeleus, quo maior quædam remiſsio ſig-
nificari cenſetur. Quare de his vocabulis, multa diſpu
tant DD. multique conati ſunt doctrinam inter prio
ra tria membra, quo ad remiſsionem pænę inueniri,
vt videre licet in Paludano diſt. 20. q. 4. qui indulgen-
tiam pleniſsimam voluit extendi, vſque ad remiſsio-
nem culpę venialis, in quo deceptus eſt cum culpæ
non remitantur directe per indulgentiam, & aduertit
Adrian. in tract. de indulgentijs, vbi aliter diſtintio-
nem illorum membrorum declarat, & ſupplem, Ga-
briel. in 4. diſt. 45. q. 3. Maior eod. 4. diſt. 20. q. 2. col. 8.
D. Antonin. 1. p. tit. 10. c. 3. Nauar. ſupra not. 9. qui om
nes ad diſtinguenda illa membra, ſupponunt indul-
gentiam plenam, & pleniorem, non eſſe totales abſo-
lutæ, ſed vel in ordine ad mortalia tantum, vel in or-
dine ad peccata confeſſa, vel ad pænitentias iniunctas
aut iniungendas, ſecũdum ordinarium Eccleſiæ vſum,
vt late refert Cordub. q. 11. In ſumma igitur dicunt,
quod indulgentia plena, dicitur quando fit pro pęnis
peccatorum mortalium, à quibus homo abſolutus eſt
Plenior pro pęnis etiam venialium, Pleniſsimam pro
ipſis etiam culpis venialibus, vel aliter, quod Plena
includit omnes pænitentias in iunctas pro peccatis,
quæ confeſſus eſt, & ideo quidam tempore Iobelei fa-
ciunt generalem confeſsionem, quod tamen, non eſt
neſceſſarium. Nau. not. 17. num. 3. & not. 18. num. 17.
Plenior includit omnem pænitentiam, quæ pro pecca
tis confeſsis iniungenda eſſet, quod Paludan. tribuit
etiam indulgentiæ plenę. Pleniſsima vero eſt reſpe-
ctu totius pænæ, etiam pro peccatis, quæ confeſſus nõ
eſt,

eſt. Quo circa ſecundum præſentem ſtatum, & vſum, 15
verius exiſtimo nullam eſſe differentiam inter iſtas in
dulgentias, quo ad proprium effectum per ſe indulgẽ
tiæ, & ſic plenam, plenariam, & pleniſsimam, idem
ſignificare, fuiſſe vero inuentum contionatorum, ad
exagerationem tenui. Sot. diſt. 21. q. 2. art. 1. Cordub.
d. q. 11. qui in eandem ſententiam refert Medin. in
tract. de indulgent. Viuendelinus in 4. d. 45. q. 3. ad 3.
Bologninus in tit. de indulgent. num. 100. Henriq. c.
15. num. 7. liter. X. Suar. dicta diſput. 50. ſeſ. 4. num. 7.
pro quibus facit elegans I. C. Papiniani. reſponſum
in l. ſi cum dies 26. §. plenam, ff. de receptis arbitris,
vbi pleno cõpromiſſo, nihil plenius eſſe iudicat, cuius
appellatione omnes lites, & de omnibus rebus contro
uerſias compræhendi teſtatur Conſult. & Acurſius in
ſcholis ad l. ita demum 36. verſic. mentionem, verſic.
quandoque 1. ff. de recept. arbitris, Nicolaus 3. in c. cu-
pientes 16. §. ad hæc de electione in 6. ita interprætor
tex. in l. ad Rem publicam 7. ibi pro pleno habetur, ff.
de muneribus, & honoribus, l. in vſucapionibus, ff. de
vſucap. l. qui filium 74. §. fabius, ff. ad Treuelia. l. qua
ætate, ff. de teſtam. in fin. text. difficilis in l. anniculus
84. ff. de verborum ſignific. colligiturque ex dicta ex-
trauag. Vnigenitus, in qua indulgentia, in duo illa tan
tum membra ſecatur, totalem ſcilicet, & partialem:
conſtat autem ſecundum præſentem vſum Eccleſiæ
ſolum vocari indulgentiam plenariam illam, quę to-
taliseſt: idem deprehenditur ex extrauag. Quemadmo
dum, de pænitent. & remiſſion. vbi Sixtus 4. volens
reuocare indulgentias æquiualentes illi, de qua ibi ſci

licet de anno Iobelei Romæ, ſolum inquit, ſe reuocare omnes, & ſingulas plenarias indulgentias, etiam ad inſtar Iobelei conceſſas, ſimiliter etiam Martinus 5. in fine Concilij Lateranenſis, ſolum appellat indulgentiam plenariam illam, de qua diximus ſupra eſſe totalem. Plenaria igitur indulgentia abſolute, & ſine aliqua limitatione conceſſa, remittit omnem pœnam reſiduam de peccatis remiſsis, quo ad culpam tam mortalibus, quam venialibus, confeſsis vel non confeſſis, habentibus pœnitentiam iniunctam, vel non habentibus; nec ſupereſt maior effectus, qui per indulgentiam pleniorem, aut pleniſsimam fiat. Nec obſtant verba extrauagantis Antiquorum, quia fortaſsis apponebantur ad maiorem declarationem, ſeu exagerationem rei, vt voluit glo. ibi verbo pleniſsimam, & verba exageratiba nullam inducunt plenam iuris diſpoſitionem, argumento tex. ſic intelligendi in c. quid in omnibus 32. q. 7. cuius origo habetur in epiſtola 1. Clementis ad Iacobum 1. tomo conciliorum, & apud Ibonem Carlotẽſem in ſuo Diction. 8. par. c. 99. tex. in l. codicili 91. §. matre, ibi, & alia mihi deteriora fecit, vbi communis, ff. de legat. 2. & ad tollendos ſcrupulos, qui ex varijs opinionibus oriri poterant: attamen cum Pontifex Bonifat. vſurpet illam loquendi formam, maius aliquod fundamentum habere videtur, & fortaſsis non improuabiliter poſſumus conſiderare, ſicut Philoſophi dicunt, priuationem totalem, non recipere in ſe magis, nec minus. Interdum tamen ratione cauſæ vnam vocari, maiorem alia, ita ſimiliter in præſenti indulgentiam appellatam eſſe pleniorem, aut

aut pleniſsimam,non quia in remiſsione,vel priuatio ne pænæ magis aliquid efficiat,ſed quia maiorem,vel maximam habet cauſam, quæ de effectu indulgentiæ, certiores poteſt fideles facere, Suar. ſupra num. 7. in fin. Seu vltimo poteſt dici, quod illa verba plenior, & pleniſsima ponuntur cauſa exagerationis, & ſolemnitatis maioris, ſicut in quam pluribus iuribus habetur, & in multis literis Apoſtolicis dicitur, excommunicamus,& anathematizamus,vt in c. debent, c. cum aliquis 11.q.3.c. cum non ab homine,de iuditijs,cum tamen inter hæc verba, nulla ſit differentia iuxta tex. in c.certum eſt 24.q.3.c.ſiquis ſuadente 17. q. 4.c.nemo poteſt 11.q.3.c.Deliſalius,c. ſi habes, c. paternariũ 23.q.4.

Ex qua reſolutione infero declarationem ad bullam Cruciatæ,ibi: y conſigan y ayan pleniſsima indulgencia dellos, &c. vt ſcilicet illa verba intelligenda ſint iuxta doctrinam reletam, taliter quod nulla inueniãtur differentia inter plenariam, & pleniſsimam indulgentiam. 17

Tertia indulgentiæ diuiſio eſt, quod alia eſt ſpecialis,& altera generalis: ſpecialis eſt quæ a confeſſore in ſacramento penitentiæ iniungitur, & conceditur, ex c.omnis vtriuſque ſexus de penitentijs,& remiſsionibus,quæ ad iſtum tractatum nullo modo pertinet. Generalis quæ à Rom. Pontif. in quibuſcunque Iobeleis conceditur,de qua eſt noſter ſermo, reſoluit Ludouicus Bologninus tit.de indulgent.§.3.principalis quæſtionis num. 18. volum. 9. diuerſorum DD. & ante eum Hoſtienſ. in ſum. tit. de penitent. & remiſſ. §. 5. Silueſt. 18

in ſumma, verbo, indulgentia, in princip. & hanc diuiſionem approbat. l. partit. 45. tit. 4. partit. 1.

19 Quarta indulgentiarum diuiſio eſt, quod alia eſt perſonalis, id eſt, quæ conceditur perſonę, alia localis, quę alicui loco conceditur in ordine ad perſonas. Tertia realis, quæ alicui imagini roſario, grano benedicto, & alijs huius cemodi conceditur de quibus late Suar. ſup. diſputa. 52. ſeſ. 1. à num. 3. Inter omnes tamẽ indulgentiæ diuiſionis, prima magis cõſona huic tractatui videtur, vt ſcilicet alia ſit totalis, alia vero partialis, ſecundum quam de indulgentijs diſputaturi ſumus.

20 Ex quibus oportet cognoſcere, quæ ſit pæna temporalis per indulgentias remitenda, in quo obſerua, quod peccatum mortale duo importat, & auerſionem abono incommutauili, quale eſt, Deus, & conuerſionem ad bonum commutauile id eſt creaturã: auerſioni per ſe, reſpondit pæna infinita, quia eſt offenſa contra perſonam infinite dignum, pæna vero, quæ conuerſioni reſpondet, quamuis ex natura ſua ſit finita, vt coniunta tamen auerſioni, per accidens eſt infinita: per contritionem ergo, vel atritionem ſimul cum ſacramento remicitur culpa, & ex conſequenti pæna eterna illi correſpondens, remanet vero temporalis ſoluenda, vel in hoc ſeculo per opera pia, & penitentias voluntarias, quas imponit ſacerdos in confeſsione, vel in alio ſęculo, vt in temporali, vel in tranſitorio igne purgatorij, tex. in c. nullus fin. verſic. ſi quis, in. de penit. diſt. 7. c. vnum orarium, §. alias, c. demum ubi glo. verſ. non capitalia, plura aducit iura 25. diſt.

glo.

glo. verbo prodeſt in c. 2. de raptoribus, ſimilis glo. in extrauaganti, Antiquorum, verbo & confeſſus, de pænitentijs, & remiſsion. & vtrouique ſcribentes, nouiſſim. Trident. ſeſ. 6. ſub decret. de iuſtificatione, c. 14. & canone 30. ſeſ. 14. c. 8. & ſeſ. 25. ſub decret. de purgatorio, D. Th. diſt. 20. q. 1. art. 3. Bonauent. 2. par. q. 2. explicat Nau. de anno Iobelei, §. 16. num. 1. latius Medina de indulgentijs, diſputatione 1. c. 1. Sot. in 4. diſt. 19. q. 1. art. 3. & diſt. 21. q. 1. art. 1. Idem lib. 2. de natur. & grat. c. 20. & lib. 3. c. 6. vbi condemnat. Lutheri blaſphemiam in contrarium, Suar. vbi ſupra diſputat. 50. ſeſ. 2. Henriq. c. 9. ita intelligendus eſt tex. in d. extrauag. Vnigenitus ibi pænas temporales, quæ doctrina eſt de fide, & vt talis diffinita â Trident. d. canone 30. DD vbi proxime.

Quod vt melius intelligatur aduerte, quod indulgentia non eſt res ſub præcepto neceſſaria, cum effectus illius propius, ſit ſatisfatio pro pæna temporali, quam homo poſſet reſeruare in purgatorium, Henriq. de pænit. lib. 1. c. 8. & lib. 2. c. 18. eſt tamen valde vtilis, Nauarrus de indulgentijs not. 5. & not. 31. num 32. Adrian. de indulgentijs in princip. Sot. diſt. 21. q. 2. art. 1. vt homini tollatur impedimentum perueniendi ſtatim in vitam ęternam, ſi diſcedat in gratia, quem finem & effectum curat qui deuote per pænitentiam implet opera ſibi iniuncta, vt conſequatur indulgentias, & per hæc fit etiam deuotus erga Chriſtum, & ſanctos, eiſque gratias agit pro eo beneſitio indulgentiæ, non tamē propter hoc debet ceſſare â pænitentijs injuntis, quia ratio meriti, implendo opera pęnitentiæ, 21

tiæ,

tiæ, eſt melior, quam remiſsio pænæ temporalis, optime Henriq. auth. D, Th. d. c. 9. num. 2. Indulgẽtia igitur non remittit culpam mortalem, aut pænam æternam, & ita in Iobeleo, dum dicitur, remitti culpam, & pænam, intelligitur de venialibus, quæ in directe virtute indulgentiæ, remituntur, & temporali pæna. Hẽriq. lib. 1. de pænit. c. 15 & lib. 2. c. 19. § 8. & de indulgẽtijs lib. 7. c. 1. num. 3. in fin. nam mortale peccatum nõ remittitur ſine ſacramento, aut martyrio in re, aut cõtritione, in ordine ad ſacramentum, vel poteſt dici remittere culpam, quia etiam ad reſeruata peccata extenditur Henriq. d. c. 9. num. 4. Vltimo tanta eſſe poteſt, quod abſoluat à culpa prouocatiue, ſiue exercitatiue, quia homo ob lucrandam indulgentiam ſaltim conteritur, & confitetur peccata, prouocatus, & exercitatus â lucro indulgentiarum, iuxta illud Prophetæ inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem, ita Zerola in praxi 2. par. verbo indulgentia, §. 14.

22 Sed contra ea quę proxime dicta ſunt obſtat grauiter, Chriſtum Dominum perinde ſatisfeciſſe de rigore iuſtitię pro pæna, ſicut pro culpa, vt aperte probat text. in d. extrauag. Vnigenitus & late docet Sot. lib. 3. c. 6. Caietan. 3. p. q. 1. art. 2. Vega ſuper Trident. lib. 6 ſeſ. 6. ſed culpa omnino remittitur per merita Chriſti applicata nobis per ſacramenta digne ſuſcepta, mediante paſsione eiuſdem. prout certiſsimum eſt, ergo vt omnis omnino tolatur culpa, etiam omnino, & eterna, & temporalis pæna ſublata eſt, argumento tex. in l. ſancimus, C. de pænis, regula ſine culpa, de regul. iur.

iur. lib. 6. Huic tamen difficultati reſp. negando conſequentiam, ratio eſt quia quamuis paſsio Chriſti de ſe ſufficientiſsima ſit ad delendam nõ ſolum omnem culpam, ſed etiam omnem pænam, tam æternam, quã temporalem, vt pote infiniti valoris, quo ad efficatiã, tamẽ finito, & limitato modo, nobis aplicatur, vel per ſacramenta, quæ ſuos producunt effectus maiores, vel minores, ſecundum maiorem, vel minorem diſpoſitionem ſuſcipientium: qui modus cauſandi vocatur à Theologis ex opere operato, vel per propria merita, & actus noſtros: & hic modus operandi dicitur ex opere operantis. Vnde abſque aliquo præiuditio paſsionis Chriſti, quæ vt diximus, infiniti valoris fuit, remiſſa culpa, & pęna ęterna, poteſt contingere, quod remaneat temporalis, quia contritio, quę eſt vltima diſpoſitio ad gratiam, non habuit tantam intentionem, vt omnem pænam deleret, atque ideo remiſa culpa, & pęna eterna, remanet reatus ad temporalem, vel in hoc ſeculo ſoluendam, per voluntarias aflictiones, vel in purgatorio: ad ſatisfationem autem huius pænę temporalis ex peccato iam remiſſo de relictæ, iubat maxime Eccleſiæ theſaurus, & largitio indulgentiarum: huiuſmodi. n. ſatisfactoriæ pænæ, magnopere â peccato reuocant, & quaſi freno quodam coercent, cautiores & vigilantes penitentes efficiunt, & vitioſos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt, vt optime explicat S. Concil. Trident. ſeſ. 14. c. 8. Quo fit vt cum indulgentia ſit remiſsio pęnæ temporalis tantum, dicamus in propriam eſſe loqutionem quæ aquibuſdam circumfertur, ſcilicet indulgen-

dulgentiam abſoluere à culpa, & pæna, niſi ſecundum illa quę ſupra diximus, & ita illum ab vſum loquendi prohibet. Px, Max. in clement. 2. de penit. & remiſſ. §. ad hæc, quæſtoribus qui eo vtuntur, docet Calderin. in c. noſtro num. 18. de penit. & remiſ. Felin. in ſerm. de indulgentijs col. 3. Nauarr. de anno Iobelei not. 10. num. 16. de quo late Henriq. de indulgent. lib. 7. c. 29. videndus, obidque Trident. ſeſ. 21. c. 9. certam formam publicandi indulgentias refert, & ante eum Concil. Lateranenſ. c. 6. ſub Innocent. 3. c. cum ex eo de penit. & remiſ. d. clem. 2. §. ad hæc. Henriquez vbi proxime.

24 Hijs conſequitur qualis fieri debeat indulgētiarum interprætatio, quando illarum verba dubia exiſtunt: in quo aliqui affirmant, indulgentiam interprætandam eſſe ſecundum ſtrictum ius, ita Innocen. & Hoſtienſ. in c. licet de transl. Epiſcopi, Nau. de anno Iobelei not. 9. num. 8. & 9. Baldus in ſua Margarita verbo indulgentia, & in l. humanitatis, C. de impuberum & alijs ſubſtitutio. quę refert Cordub. Palud. in 4 diſt. 20. q. 4. art. 3. & id probat Nau. ex reg. 57. 58. 59. chancellariæ, item etiam quia in diſpenſationibus hoc idem regulariter fit, c. 1. & 2. de filijs præsbiterorum lib. 6. ex quibus ſtricte ſunt interprætandæ, vel ſaltem cautiſsime, glo. in c. non eſt de voto, c. quanto de iure iur. Deinde quia licet indulgētia videatur fabor reſpectu eius cui cōceditur, tamē ſimpliciter eſt res odioſa, ideoque reſtringenda, quod non obſcure Pontifex oſtendit, in c. cum ex eo, de penit. & remiſ. ibi quia per nimias indulgentias, penitentialis ſatisfatio eneruatur, quibus & alijs hæc pars fulcitur. Cōtrariam tamē

immo

immo indulgentiam eſſe fauorabilem, & ſic ampliſsimo iure interprætandam, ſentit glo. in clem. vnica, de reliquis, & veneratione ſanctorum, verbo confeſsio. tenet Siluest. verbo indulgentia num. 8. in fin. & num. 20. & 22. Angel. num. 2. inclinat Cordub. q. 19. diſt. 1. contra quartam concluſionem. Quę ſententia probari poteſt, ex eo quod benefitium Principis latiſsimè eſt interprætandum, maxime quando ſine præiuditio tertij fieri poteſt, c. olim de verborum ſign. l. vltim. ff. de conſtitutionib. Principum, & vtrobique ſcribentes, ſed indulgentia eſt benefitium Principis, igitur eandem interprætationem habere debet. Vlterius quia eſt opus charitatis, & miſericordiæ, afferens cōmodum ei cui conceditur, & re vera nulli inferens nocumentum, quia Deo fit integra ſolutio, & licet fiat ex ſatisfactionibus Christi, tamen non ſine commiſſione, & poteſtate ab ipſo data; & theſaurus eius, non propterea minuitur, quia ſemper manet infinitus. Denique, nec Eccleſia lęditur, nam potius per hanc remiſsionem purior, & quodammodo Deo gratior, in ſuis membris efficitur, igitur quocumque caſu dubio, plenior, & fauorabilior fieri debet interprætatio.

In hac contrarietate, Suar. vbi ſupra diſputat. 56. ſeſ. 2. num. 4. facit diſtintionem dicendo, quod aliud eſt loqui de poteſtate concedendi indulgentias, & aliud de actuali cōceſsione illarum: Quo ad primum dicit, interprætandam eſſe ſtricto iure indulgentiam, quia etiam Pontifex non poteſt concedere illas niſi cum euidenti cauſa: quod probat, quia ita fit in alijs diſpenſationibus, circa ius diuinum, veluti in voto, &

iuramento. Quo ad ſecundum affirmat, ſi conſtet de poteſtate conceſsionis, ampliſsime eſt interpręṭanda indulgentia quātum veritas, & proprietas verborum patiatur, quod deducitur ex argumētis aductis pro ſecunda opinione, ſed iſta diſtinctio mihi nullo modo placet. Primo, quia nihil intereſt poteſtas concedendi indulgentias, vel actualis conceſsio, ad hoc quod ſtricte aut ampliori modo ſint interpretandæ indulgentiæ, vt euidenter patet. Secundo quia ratio qua nititur, ſine fundamento eſt, dum dicit, etiam Pontificem, ſine euidenti cauſa, indulgentias conferre non poſſe, quia Princeps præſumitur iuſtitia plenus ideo pro facto Principis, ſemper præſumitur, quod ſit iuſtum, l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, Craueta conſil. 188. num. 8. & ſi Princeps cauſam exprimat præſumitur pro ea, & non poteſt probari contrarium, Bald. conſil. 327. num. 10. lib. 1. & hoc maxime procedit, cum inferior non poſsit iudicare de iuſtificatione cauſæ, argumento tex. in c. cū inferior de maiorit & obedientia, cum vulgarib. igitur ex nullo capite iſta ſolutio & concordia ad dictas opiniones poteſt adaptari, & ita eam merito reprobat Didacus Nuno ordinis Pręṭdicatorum in additionibus ad 3. part. Diui Thomæ q. 27. art. 4. 2. difficultate. Quare alij tenent mediam ſententiam, dicendo, quod omnia quæ ad indulgentias pertinent, nec iure ſtricto, nec amplo interpręṭanda ſunt, ſed medio modo, attendendo nimis ad verba, & illa in ſuo proprio ſenſu explicando, quæ communis ſententia eſt inter Theologos, fundata in illo vulgari pręloquio, indulgentiæ,

gentiæ, tantum valent, quantum ſonant, de quo Nuño vbi proxime, Suar. late d. diſput. 56. ſeſ. 3. glo. in c. quod autem de penitentijs & remiſſ. Raimundus in ſuma tit. de penit. Ioan. And. in d. c. quod autem, Calderin. in c. noſtro prope fin. eodem tit. Nauar. 11. not. num. 6. in fin. Sed nec iſta ſententia mihi placet, quia etiam verba dubia habere poterunt diuerſos ſenſus, & interpratationes genuinas, in quibus inclinare magis ad vnam quam ad aliam partem eſſet difficile.

Et ita ijs & alijs omiſsis, aliter rem componendam ego exiſtimo: vt ſi loquamur de dubijs grauibus, ſtrictam eſſe ſemper faciendam interprætationem, cum illa reſoluere ad Pontificem, ſeu concedentem indulgentias, pertineat, ex illo vulgari, eius eſt interprætari, cuius eſt cõcedere, c. cum veniſſent de iuditijs, c. inter alia de ſentent. excommunic. c. ſicut, §. ex ijs 11. q. 1. l. vltima, C. de ll. l. in prętorijs, ff. de prętorijs ſtipulat. Trident. ſeſ. 25. de reformatione, c. 2. Si vero de dubijs minoribus, & quæ non ad ſubſtantialia, ſed accidentalia pertinent, ſit quæſtio, quicunque Theologus, ſeu iuris peritus, iuxta verborum propietatem, & communem loquendi vſum, poteſt interprætari, prout quotidie fit circa Tridentinũ, alia iura canonica ll. ſciuiles, & regias in ſcholis, & tribunalibus, vel per ęquitatem, vel per æpiqueiam, iuxta intentionẽ Principis. Didacus Perez in proemio ordinam. q. 2. Caſtill. in l. 1. Tauri, Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 6. num. 2. Caietanus cum D. Th. 1. 2. q. 57. & 2. 2. q. 60. art. 9. & ex profeſſo, q. 120. Nauar. in manuali, c. 27. num. 282. Sot. lib. 1. de iuſt. q. 7. art. 3. & lib. 3. q. 4. art. 5. tuncque magis fauo-

rabilis interpɾtætatio erit accipienda, cum benefitium Principis ampliori modo debeat extendi, maxime quando non eſt in tertij prȩiuditium, prout eſt indulgentia, l.fin.ff.de conſtitutio.Principum, vbi ſcribentes, Abb.conſil.101.in quæſtione in fin.num.11. lib. 1. Alexand. conſil. 160. Viſotemate num. 3. verſ. ſecundo ſupono lib.2.Oldraldus conſil. 50. in fin. verſ. non obſtat, Ancharranus conſil.161.viſo diligenter in princip.Immola conſil.121.num.2.plene Iaſo, qui multa cumulat, in d,l.fin.num.19.& 20.Eſt n.temerarium, & abſurdũ, liberalitatem Principis in diminutionem velle interpretari, l.hac ſaluberrima, C.de agenti in rebus. & hæc extenſio poteſt fieri, quo ad res, quo ad perſonas, & quo ad tempus, de quo late Cardinal. Tuſcus liter.B.concluſ.49.& ſequentibus ita poſſunt componi ſupra dictæ ſententiæ oppoſitæ, vt prima procedat in dubijs grauioribus, ſecunda vero in illis quæ circa minora, & accidentalia contingunt.

26 Vltimo pro noſtri inſtituti prȩuia cognitione non minoris eſt dubitationis, quando indulgentiæ & gratiȩ ſuper illas conceſſæ expirent? In quo (vt breuitati conſulamus) alijs reiectis, diſtintione vtendum eſt, aut n.gratiæ tales, ſine temporis limitatione conceſſȩ fuerunt, & tunc ſine dubio perpetuo durant. & morte cõcedentis non expirant, optimus tex. in c. ſuper gratia 9.de offic.de legati lib. 6. cum ſilibus.Cuius ea iuridica ratio eſt, quod hoc eſt beneffitium Principis reale, & non perſonale, & per conſequens, debet eſſe per mãſurum, teſte Bonifatio in c.decet 16.de regul.iur.lib.6. vbi glo.verbo decet, docet etiam glo.communiter recepta

cepta, verſ. ſpirare in c. fin. de offitio de leg. lib. 6. & eſt communis opinio iuris peritorum, & ſumiſtarum, teſte Angelo, & Silueſt. verbo gratia q. 2. dixit communiorem Nauar. not. 31. num. 25. & c. placuit de pęnit. diſt. 6. num. 161. Cordub. lib. 5. de indulgentijs, q. 36. propoſitione 1. Quod adeo verum eſt, vt etiam indulgentia conceſſa â legato eius offitio finito, non expirat, Nauar. in d. c. placuit, num. 164. Gonçalez ad reg. 8. chancellariæ glo. 12. num. 38. Si vero gratiæ, ſeu indulgentiæ cum temporis limitatione cōceſſæ fuerint, illo elapſo ſpirant, limitata namque cauſa, producere debet effectum limitatum, l. cum ſeruo 63. ff. de contrahenda empt. l. exportandus 2. ff. de ſeruis exportandis, l. in agris 16 ff. de adquirendo rerum domin. l. non omnes, ff. ſi certum petatur, c. cum capella de priuilegijs, c. ſuper literis de reſcript. Cordub. q. 36. propoſitione 4. Nauar. ſupra d. not. 31. num. 25. & hæc ſint ſatis pro terminorum, & verborum elucidatione. Alia vero quæ fortaſsis tibi neceſſaria videbuntur, non ſine conſideratione ommitto, vt ſcilicet in explicatione noſtræ gratiæ, & Iobelei reſoluantur.

HIs pręhabitis, vt Vlpiani veſtigia ſequamur, prius bullæ literam referre neceſſe eſt. Ipſe n. in interpretatione quæ fecit ad lib. 15. ad edictum relatum in l. item veniunt 20. §. prætor, ff. de petitione hæreditatis inquit: optimum eſt prius Senatuſconſulti interpretationem facere, verbis eius relatis, & inferius optanda igitur nobis, ſingulis verbis ſenatuſconſulti congruens interpretatio.

BVLLA

# BVLLA ALEXANDRI Pontificis Max.

## AD PERPETVAM REI memoriam.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Regis ęterni, cuius manifeſtiſsima pietas tanta nobis diuinæ gratiæ dona perfudit, vt ad vitę ſupernæ gloriam vocandis mortalibus, nō ſolum Prophetarum oracula, ac præcedentium Patrum exempla pariter & documenta præbuerunt: Sed ipſa veritas, eius ſcilicet, vnigenitus de ſummis cælorum ad imma, progeneris humani ſalute deſcendens, mortalitatis noſtræ carne aſſumpta viſibilis, & corporalis apparere. Eo quod naſcente ſanctorum numero, quos ſua iuſtificauerat gratia, ampliare dignatus eſt, vices licet in meriti gerentes in terris, ac pia ipſius oſitia, & actiones immitātes, ad illa cuius ſcilicet vigilamus, aſsiduiſque ſtudijs in defeſsis enitimur, per quam noſtræ operationis miniſterio ſacræ religionis in agro Dominico ſuperna diſpenſatione plantare. Vt vniuerſis vigilantiæ noſtræ creditis, talia fauorabiliter concedamus, per quam in præſenti vita, pijs intenti operibus puris mētibus altiſsimo gratum redere

redere famulatum, & per hoc ad æternæ claritatis, ſine fine viſionem feliciter valeant per venire, & propterea quæ à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proinde conceſſa fuerunt, libenter approbamus ac Apoſtolico munimine roboramus, illaque ampliori perſtringimus firmitatis adminiculo, quo in æuum inconcuſſa valeant permanere firmius ſolidata: ac etiam de nouo concedimus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſi quidem fælicis recordationis Calixtus ſecundus Romanus Põtifex, prædeceſſor noſter, ſanctam Compoſtellanam B. Iacobi Zebedæi Eccleſiam, cuius in ea venerandiſſimum corpus honorifice eſt poſitum, ob nimium deuotionis affectum quem ad ipſum ſanctum tenuit, & ob tantorum in numerabiliumque peregrinorum cõcurſu, ex omnibus mundi partibus, ob remiſsionem ſuorum peccaminum, ad eandem Eccleſiam, continue confluentium, qui propter ſancti Apoſtoli merita ſe, ſuarum ſalutem animarum credunt adepturos, Apoſtolicæ ſedis, priuilegijs gratijs, & indulgentijs communiuit. Voluit ſi quidem quod præfata Eccleſia Apoſtolica ſe lætetur protectione muniri: Concefsit inſuper omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pænitentibus, & confeſsis, Eccleſiam prædictam viſitantibus in anno in quo feſtum eiuſdem ſancti Iacobi Zebedæi in Dominica venerit, à vigilia Circuncifionis Domini, & per totum illum annũ integrum, vſque ad diem eiuſdem circuncifionis, & per totum diem in fine illius anni in diebus quibus magis eis placuerit viſitare, vt omnes & ſingulas illas

pecca-

peccatorum indulgentias, & remiſsiones, etiam plenarias, quas viſitantes Eccleſias, & Baſilicas vrbis, & extra vrbem Romæ anno Iobelei conſequebantur, cũ facultate deputandi confeſſores, qui ad dictam Eccleſiam pro conſequenda indulgentia huiuſmodi confluentes, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluerent: ac etiam eiſdem Chriſti fidelibus in eiuſdem ſancti Iacobi, & translationis corporis ſui, ac dedicationis eiuſdem Eccleſiæ feſtiuitatibus, Eccleſiam prædictam, à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas, ac per totum diem incluſiue, deuote viſitantibus, annuatim, vt plenariam indulgentiam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſsi fuerint cõſequerentur, perpetuis futuris temporibus duraturam conceſsit. Nos igitur ad hoc prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ, eiuſdem Calixti Papæ ac Eugenij, & Anaſtaſij, veſtigijs inhærentes ad gloriam omnipotentis Dei, totiuſque religionis Chriſtianæ, augmentum, quæ ipſius, glorioſum Apoſtolum ad eius Eccleſiam Compoſtellanam huiuſmodi deuotionis cauſa de diuerſis mundi partibus dimiſsis parentibus, amicis, liberis, patria, ac alijs temporalibus bonis, per mare, terramque continue confluũt in numero copioſo, quique animarum ſalutem, ſupremis deſideramus affectibus, & dignis volumus honoribus freqnentari, & vt ipſi Chriſti Fideles in eadem ſe reconoſcant Eccleſia Chriſti muneribus refectos, de omnipotẽtis Dei miſericordia ac beatorũ, Petri, & Pauli apoſtolorum eius authoritate confiſsi, omnes & ſingulas prædictas indulgentias, & Iobeleum

ipſius

ipſius eodem modo, & forma quo Romana Eccleſia habet etiam ſe lætetur Compoſtellana Eccleſia, pro ſingulari B. Iacobi deuotione tenere, anno videlicet quo vt prefertur feſtum d. Apoſtoli Iacobi in dominica venerit, & per totum annum integrum vt præmittitur: nec non in diebus illis, ſcilicet ſancti Iacobi, & translatione corporis ſui, & dedicationis eiuſdem Eccleſiæ, plenariam indulgentiam annuatim conſequantur viſitantes prædictam Eccleſiam, vt præfertur. Authoritate Apoſtolica, & excertata ſcientia aprobamus, roboramus, & communimus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere in perpetuum decernimus, & inſuper illas de nouo eiſdem modo & forma in omnibus, & per omnia, vt ſupra conceſſum fuit concedimus, & indulgemus, & perpetuis volumus futuris temporibus duraturas, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam noſtræ aprobationis, confirmationis, conceſſionis, & indulti infringere aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit reum ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & â ſacratiſsimo corpore & ſanguine, Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaciat. Cunctis autem eandem Eccleſiam viſitantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quaterus vt hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem, premia æternæ pacis cum B. Iacobo inueniant, Amen, Amen.

Volumus autem quod ſi viſitantibus Eccleſiam prędictam aliqua alia indulgentia in perpetuū, vel ad certum tempus non dum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius ſint Roboris, vel momenti.




*Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*

*Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus.*



*Ego Petrus Præsbyt. Cardin. tt. S. Suſanæ.*

*Ego Viuianus Præsbyt. Cardin. tt. S. Stephani in Celiomonte.*

*Ego Andre Præsbyt. Cardin. tt. S. Cruc. in Hieruſalem.*

*Ego laborans Præsbyt. Cardin. tt. S. Mariæ Transtiberim. tt. Calixti.*

*Ego Iacob. Diaconus Cardin. ſanctorum Martyr. Coſm. & Dam.*

*Ego Ramerius Diaconus Cardin. S. Gregorij ad velum aureum.*

Ego

*Ego Ioannes Diaconus S. Angeli.*
*Ego Matheus S. Mariæ Nouæ Diaconus Cardin.*

DAtum Viteruij, per manum D. Auſterij. S. Romanę Eccleſiæ Subdiaconi vij. kls. Iulij indictione xiiij. incarnationis Dominicæ anno m. c. l. xxjx. Pontificatus vero domini Alexandri pp. iij. anno xix.

## GLOSSAE PRIMAE SVMmarium.

*ALexander Pontifex author noſtræ Bullæ quis, & qualis inter multos huius nominis, num. 1.*
*Pontifex Maximus multis nominibus ſolet appellari, 2.*
*Pontifex quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei, 3.*

# GLOSSA PRIMA.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

PLures huius nominis Pontifices fuiſſe, 1
in pontificali hiſtoria curioſus videre poterit, & apud Platinā de vitis Pontificum, ſecundum tamen annorum compu-

putationem relatam ab eiſdem, & noſtri Iobelei datam, ab Alexandro 3. fuiſſe confirmatam conſtat. Fuit.n.expeditus Viterbij ſeptimo kalendas Iulij, indictione 14. incarnationis Dominicæ anno 1179. Pontificatus 19. cum in illo præſideret ſpatio 21. annorum, & in illis iudicatus vnus ex digniori-bus Pontificibus qui in Eccleſia Dei ſedem obtinuerunt. Nullus vſque ad ſuam tempeſtatem magis noſtrum ius Canonicum illuſtrauit, tam concilijs, quam epiſtolis decretalibus quas ſcripſit, & poſt tot annorum curricula quæ laudabiliter geſsit, vitam cũ morte commutauit 26. Nouembris anno 1181. eius corpus, humatum in Baſilica S. Ioannis Lateranenſis reperitur, teſte eodem Illeſcas 1. par. ſuæ hiſtoriæ folio mihi 308 in vita huius Pontificis. Qui in princi-
2 pio noſtrę Bullę, & cõfirmationis Iobelei, appellatur Epiſcopus, cũ Pex Epiſcopus Romæ ſit. Multis namque nominibus ſolet appellari. Quandoque.n. dicitur Romanus vel Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, c. ſi Epiſcopus accuſatus 2.q.6. Non nũquam vrbis Romæ Archiepiſcopus, c. ſtatuimus 4. diſt. c. 2. 5.q.4. l. inter claras, C. de ſum. Trinit. & fide Catho. Similiter dicitur Metropolitanus, glo. in c. 1. de ſiſmaticis, c. ſua de officio Vicarij. Deinde Papa Vrbis Romæ, c. author. 97. diſt. in princip. Vlterius Patriarcha, c. vltim. 22. diſt. Aliâs Epiſcopus ſimpliciter, c. Saluator, c. ex multis 1.q.3. accipiens hoc nomẽ ab ordine, & non a dignitate glo. verbo Epiſcopus in c. 1. de conſtitutionibus lib. 6. & ſe dicit miniſtrum indignum, ex eodem c. verſ. qua propter, & nomen Papæ eſt nomen ſanctita-

tis

tis ideoque ſolet dici in aliquibus indultis ſanctitatis ſuæ, nam Papa ſanctiſsimus appellatur, quia ſanctiſsimus præſumitur c.1.40. diſt. ibi quis. n. ſanctum dubitauit eſſe quem à pex tantæ dignitatis tollit Ioan. And. de his omnibus in c.1. de conſtitutionib. lib. 6. num.9. & ibi Archidiaconus Cardin. Tuſcus liter. P. concluſ.40. Plura de diuerſis & multiplicatis nominibus Papę, cumulat Mandoſius in glo. ad facultates Auditoris Cameræ in principio glo. verbo Epiſcopus, per totam, & in §. ac tantum in verſic. Romanæ Pontificis, Caſaneus in Cathalog. glorię mūdi. 4. par. conſideratione 8. Minimam tamen non inferunt difficultatem verba ſequētia, noſtrę gloſſę, & bullæ Dum Pontifex dicit quod eſt (ſeruus ſeruorum Dei) & difficultas oritur ex præcedentibus titulis, tum etiam quia Papa maior eſt Imperatore, & omnibus Regibus, & Principibus vniuerſi, & erga illos ſe habet ſicut ſol ergu lunam & ſtellas, c. ſolite de maiorit. & obed. vbi glo. verbo inter ſolem & lunam hoc bene declarat, dixit Baldus in c. bone 2. num. 10. de poſtulatione prælatorum, & ibi quod eſt admirabilis potentiæ, & ſe habet in Eccleſiis, ſicut ſol in planetis, hinc omnes Principes, & creaturæ præſtant humilem reuerentiam, & obedientiam Pontifici Max. illiuſque deuotiſsime de oſculantur pedes glo. verbo oſculandi, in l. 1. C. de domeſticis, & protectoribus lib. 12. vbi Ioan. de Platea, & omnes l. 4. tit. 5. p. 1. Greg. Lop. in l. 5. tit. 25. p. 4. Caſaneus vbi ſupra videndus D. Antoninus in ſuma 3. p. lib 22. c. 6. §. 1. & 2. glo. verbo la mano Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore, q. 61. num. 3

3. & per totam vbi plura de hoc Nau. in c. humanæ au res 22. q. 5. 1. q. num. 7. glo. verb. oſcula, in extrauag. 1. de verborum ſign. Ioannis 22. Propter quam ſumam Maieſtatem, & excellentiam Papa ſtatim quod eſt ele ctus, mutat primum nomen, quia ex ſubdito efficitur omni creaturæ ſuperior & Dominus, nam iuſtum eſt quod quando præeſt omnibus non vocetur amplius nomine antiquo quo appellabatur dum ſubiectus erat, ſed nouum nomen habeat ſicut de nouo omnium Dominus, & Dei Vicarius eſt effectus, glo. verb. Bonifatius in proemio lib. 6. vbi omnes Vital in proemio Clementinar. verbo Ioannes num. 21. Guillelmus Benedictus, in c. Raiuuntius in princip. ex num. 44. de teſtamentis. Vera tamen reſolutio huius difficultatis eſt quod quanto Pontifex maior, & excellentior reperitur, tanto humilior omnibus creaturis oſtenditur, ob idque ſeruus ſeruorum ſe appellat, c. relatum 37. in fin. de ſent. excommunic. in proemio de creatalium, vbi glo. verbo ſeruus, glo. eodem verbo in 6. vbi diuerſas huius rei rationes aſsignant, & DD. ibi ex quo prouenit, quod vt Papa gloriam mundi contemnat dum conſecratur ante illum ſtupæ in ſummitate arundinis eleuatæ comburuntur, & exclamando dicitur. Sic trãſit gloria mundi. Pater ſancte. vt late per Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. concluſ. 5. num. 77. Ludouicus Gometius omnino vidẽdus in c. 1. num. 45. & 46. de conſtitut. in 6. qui huius myſterij alia plura notanda poſt alios quos allegat cumulat: in quo optime Chriſti Domini ſemitas in ſequitur Pontifex Math. 11. diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde, & 23. qui

qui ſe humiliauerit exaltabitur Marc. 20. lucæ 22. qui maior eſt veſtrum fiat ſicut miniſter veſter, c. nullus primas 9. q. 3. & non dicitur ſimpliciter ſeruus, ſed ſeruorum Dei ſeruus, quaſi de his quæ ſunt foris nihil ad eum c. multi, §. quid n. mihi 2. q. 1. vel quia his non ſeruit qui Deo non ſeruiunt, ſed illos iudicat, his autem qui ſeruiunt ſeruit, c. offitij de offitio de legati, vel ſic ſeruorum Dei ſcilicet Apoſtolorum Petri, & Pauli quorũ vices gerendo ſeruire ipſis dicitur, c. quoties 1. q. 7. & legitur, in Choronica Martiniana, quod B. Gregor. fuit primus, qui ſic ſe ſcripſit, & habetur hæc clauſula in c. Saluator 1. q. 3. c. ex multis 30. q. 3. c. relatum in fine de ſent. excommunic. Archidiacon. & Ioan. And. in proem. 6. de quo alia poſſemus aducere.

---

## GLOSSAE SECVNDAE SVMmarium.

*LVminaria duo fecit Deus in firmamento Cæli, num. 1.*

*Pontificalis dignitas, & Regia maieſtas creata ſunt à Deo, ad ſimilitudinem ſolis, & lunæ, 2.*

*Poteſtas ſuper naturalis, lege Euangelica inſtituta interior & exterior eſt, 3.*

*Poteſtas ſuper naturalis interior, & exterior, D. Pe-*

tro, & ſucceſſoribus data fuit: & inde fluxit in inferiores Prælatos, 4.
Epiſcopi quomodo Apoſtolis ſucceſſerunt, 5.
Apoſtoli licet pari conſortio, onere, & poteſtate, prædi- ti fuerunt, inter omnes tamen D. Petrus ſemper priuatum habuit, 6.
D. Petrum habuiſſe primatum inter Apoſtolos, conſtat ex ſcriptura, non ſolum ante aſcenſionem Chriſti Domini, ſed poſt illam, 7.
Primatus diui Petri inter Apoſtolos non ſolum conſtat ex ſcriptura, ſed etiam de iure Canonico, 8.
Primatus Petri inter Apoſtolos probatur ex authoritate ſanctorum, & DD. & ſtatuitur concluſio de fide quo ad illum, 9.
Primatum Petri, & ſucceſſorum perpetuum eſſe, & duraturum vſque ad finem mundi probatur, 10.
Primatus Petri, & poteſtas eius immediate à Chriſto Domino, 11.
Epiſcopos omnes eſſe Vicarios Chriſti quomodo intelligatur, 12.

GLO-

# GLOSSA SECVNDA.

**Regis eternæ, cuius manifeſtiſsima pietas, & deinceps.**

DVo luminaria feciſſe Deum optimum 1
Maximum in firmamento Cęli, à primo die vſque ad quartum creationis
mundi, conſtat, geneſ. c. 1. c. ſolitę de
maiorit. & obedientia, vbi DD. per
text. ibi Dioniſius de diuinis nominibus, c. 4. D. Thom. 1. part. quæſt. 67. art. 4. Solem ſcilicet, vt pręeſſet diei: quod eſt maius, & lunam quod eſt
minimum, vt præeſſet nocti. Ad quorum ſimilitudi- 2
nem, & totius vniuerſi regimem alia duo creauit, nempe Pontificalem dignitatem, vt aſsiſteret rebus diei, ſcilicet ſpiritualibus quod eſt luminare maius, & regalem poteſtatem, quod eſt minimum vt aſsiſteret nocti, ſcilicet rebus temporalibus, quæ poteſtates ſignificantur per duos gladios, de quibus D. Lucas c. 22. ibi ecce duo gladij, c. dilecto filio de ſent. excommunicationis lib. 6. c. quoniam 10. diſt. c. 1. 23. q. 8. D. Bernard. lib. 4. de conſideratione ad Eugenium, Beda in commentarijs Luc. d. c. 22. & alij quos refert Ioſeph. Stephanus de poteſtate coacti, c. 8. à num. 9. De regali poteſtate non eſt noſter ſermo, obidque meritò in illa
ſuperſedeo. De poteſtate Pontificali dicturus aduer- 3

tere licebit,poteſtatem ſuper naturalem lege euangelica inſtitutam fuiſſe interiorem,& exteriorem,interiorem foro animæ conuenientem,qua a peccatis abſoluimur,ad pœnitentias aſtringimur vocaturque poteſtas ordinis, Math. 16. tibi dabo claues regni cælorum,c.in nouo teſtamento 21.diſt. c. omnis vtriuſque ſexus de pænitent.& remiſſ.optime Trident.ſeſ.14.de ſacramento pænitentiæ,c.1.5.& 6. & per Canones ibi diſpoſitos.Exteriorẽ ad conſeruandam Eccleſiæ maieſtatem,conſeruandoſque in offitio populos neceſſariam,vocaturque iuriſdictionis.Math.16.ibi quodcũque ligaueris ſuper terram,c.quodcunque 24.q.1.Trident.ſeſ.25.c.3.qua diuinas leges interprætare, humanas concedere, ſecundũ eas iudicare, rebelles comprimere,&omnes in offitio continere,Pontificibus relictum eſt.
4 Vtranque tamen poteſtatem ex eadem lege D. Petro & ſucceſſoribus immediate datam fuiſſe & inde in alios fluxiſſe Prælatos,pro ſua iuriſdictione,vt alter alterius clericũ nec ordinare,nec iudicare præſumat,omnibus incomperto eſt,c.nullus 1.& 2. 9. q. 2.c. 1.c.ſignificaſti de foro compet.vnde nõ ſolum in Epiſcopos deriuata eſt, ſed & in inferiores Eccleſiaſticos, pro quo pondero text. in c. decernimus de iuditijs ibi Abbates & alij Eccleſiarum Prælati,c.auditis, c. cum ex offitij,c.cum olim,c veniens de præſcription.

5 Ex quibus grãdis ſuccedit difficultas cum ex eodem c.in nouo 21.diſt.c.loquitur 18 24. q. 1. aperte conſtet, omnes Apoſtolos pari conſortio, onere, & poteſtate, prælitos fuiſſe,quo modo in alios Prælatos fluxit iuriſdictio, maxime cum Epiſcopi Apoſtolis ſucceſſerint

rint

rint vnde glo. verbo Petrus in d.c. ſequitur, & verbo pari in d.c. in nouo, Archidiacon. Belamera & Turr. Cremat. num. 3. Dominicus, & Præpoſitus de horũ iurium intellectu diſputant, magiſque probant, Apoſtolos æquales fuiſſe in ſacerdotio, & conſeruatione, & hoc veriſsimum eſt. Nõ tamen veram interpræ tationem aſſequti fuerunt, quare obſeruandum eſt: Apoſtolos duplici poteſtatis onere præditos fuiſſe, Apoſtolatus ſcilicet, & Epiſcopatus, Apoſtolatus dignitate, tria illis competebant, prædicandi in vniuerſum mundum, explicandi diuinam ſcripturam, & faciendi miracula, Mathei 28. lucę 9. & 24. Marci, 16. Ioannis 20. Epiſcopatus autẽ, poteſtate, & dignitate, quilibet Apoſtolus in Ciuitate, ſeu Eccleſia deſignata ſibi, omnem ex l. diuina, Eccleſiaſticam & ſpiritualem iuriſdictionem exercebat, ſicuti Iacobus noſter Zebedæus in Hiſpania, minor Iacobus, Hieroſolimis, D. Petrus in vniuerſali Eccleſia, & ita apoſtolatus excelentiam, & dignitatem perſonalem fuiſſe, & inter omnes Apoſtolos ęqualẽ, ipſorumque morte extinctam, commune vtriuſque ſcholæ placitum eſt. Epiſcopatus autem poteſtatem, realem, & in Epiſcopos Apoſtolorum morte transfuſam, indubitati iuris eſt, ita interprętanda ſunt iura ſupra relata, & omnia quæ dicunt Epiſcopos Apoſtolis ſucceſsiſſe, & in eorum loco poſitos: ſcilicet, quo ad ordinariam iuriſdictionem epiſcopatus dignitate Apoſtolis competentem, non tamen quo ad delegatam Apoſtolatus, omnibus Apoſtolis ſpecialiter cõmiſſam, ſic intelligendus eſt text. in c. in nouo teſtamento 21. diſt. c. Eccleſiæ 35. diſt.

c.quorum 68.diſt. Trident. ſeſ. 23. de ſacram. ordinis ſic bulgo frequentiſsimum eſt, Epiſcopos Apoſtolis ſucceſsiſſe in ordinaria quidem iuriſdictione, iuxta veriſsimam interpratationem, ex Caietano de poteſtat. Papæ, c. 3. Victor. relectione 2. de poteſtate Papæ, q. 2. num. 10. Alfonſus Caſtro aduerſus hæreſes verſ. Epiſcopus hæreſ. 1. Melchior. Cano, de locis theologicis lib. 6. c. 8. Dominicus Sot. de iuſt. & iur. lib. 10. q. 1. art. 3. col. 3. Simanc. de Epiſcoporum dignit. c. 2. Lelio Iordano, de maioribus Epiſcoporum cauſis, c. 3. Marcus Antonius Cucus, maior. inſtitutionum lib. 2. tit. 6. in princ. Ex quibus facile percipitur quãdo & quibus in cauſis pari conſortio, & onere, Apoſtolos prædictos fuiſſe dixerint ſancti Patres, & relati in d. c. nouo, & in d. c. loquitur. Nec repugnat ſuperiori obſeruationi vtranque poteſtatem, interiorem, & exteriorem Petro immediate datam fuiſſe, ſucceſſoribuſque, & mediate in Epiſcopos fluxiſſe & ita deriuatam.

6 Quod vt melius intelligatur, & verba noſtræ glo. explicentur, maxime ibi, vices licet immeriti gerentes in terris, aduerte, quod licet Apoſtoli, pari conſortio, onere, & poteſtate, præditi fuerint: inter omnes tamen D. Petrus ſemper primatum habuit Math. 16. conſtat, quando Chriſtus Dominus interrogauit Apoſtolos, quem dicunt homines, eſſe filium hominis? & ſolus Petrus reſponſum præſtitit, dicendo tu es Chriſtus filius Dei viui, ob quam confeſsionem ei dixit Dominus, & ego dico tibi, quod tu es Petrus & ſuper hanc petram, edificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo

claues

claues Regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Quæ verba denotant poteſtatem ſoli Petro eſſe promiſſam de futuro: pro nomen. n. ego, tu, & tibi oſtendunt deſignari Petrum vt cęteri excludantur, per notata in clem. 1. verbo Dioceſanus de iure patron. item geminatio & repetitio arguit enixam voluntatem excluſo latiori ſignificato, l. 1. C. de plus petitionibus, Abb. in c. cum dilectus in fin. de ſucceſsionibus abinteſtato & illa expreſsio Petri in particulari & tam clara enuntiatio, adimit omnem dubitandi materiam, l. ſi quis infundi, vocabulo, ff. de legat. 1. & ita cum nihil expræſſum ſit, quod ad collegium, vel legationem expectet, ſolus Petrus, vt Petrus ſignificatus eſt, & non perſona omnium, vt hæretici falſo opinantur. Deinde hæc primatia depræhenditur Math. c. 19. Lucæ, c. 6. vbi enumerando Apoſtolos dicitur primus Simon Petrus, cũ tamen Andreas frater eius, prius fuerit Chriſtum Dominum ſequtus, conſtat Ioan. c. 1. pro quo ponderari poteſt, quod appoſitum eſt Petro nomen Cephas, quod interprętatur caput & principium apoſtolatus, c. ſacroſanta 22. diſt. vlterius Math. 17. in fin. Chriſtus Dominus iuſsit ſoli Petro ſtaterem ſoluere, ſeu dragmam, pro ſe & illo; quod non fecit pro alijs, & Mathei 14. in nocte paſsionis dixit, Simõ dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum, ad oſtendẽdum quod ipſe præceteris vigilare debebat Lucæ 22. dixit Dominus Petro ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides

ſides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, c. 1. 21. diſt. c. maiores de baptiſmo,

7 Hæc omnia, & alia ante aſcenſionem Chriſti Domini; Poſt illam vero oſtenditur primatus, actuum Apoſtolorum, c. 1. vbi exurgens Petrus in medio fratrum, propoſuit electionem quam fieri oportebat de Apoſtolo, in locum Iudæ proditoris, allegando pſalm. 108 ibi & Epiſcopatum eius accipiet alter, hoc dixit Petrus tanquam caput & ſtetit in medio omnium circunſtantium, & actuum c. 15. ſolus ſententiam protulit in Ananiam & Saphiram quia defraudauerant de pretio agri, in maximum ſuæ ſupremæ poteſtatis præiuditium, quod etiam Romæ in Simonem Magum demonſtrauit, in quem actuum, c. 8. maledictionem illam protulit, pecunia tua tecum ſit imperditionem.

8 De iure Canonico, etiam inueniuntur quã plurima iura, ex quibus hoc aperte conſtat c. ſignificaſti de electione, c. ſolite de maiorit. & obed. c. nouit de iuditijs, c. quod tranſlationem de offitio de legati, c. per venerabilem qui filij ſint legitimi, c. ad honorem de authoritate, & vſu palij, & fere per totam 17. 18. & 19. diſt. c. cũta per mundum, 9. q. 3. c. bene quidem 96. diſt. cum ſimilibus, & vtrobique DD. quod & Ceſares etiam teſtati fuerunt, l. interclaras, verſ. nos reddentes, C. de ſumma Trinit. & ſide Cathol. autent. vt Eccleſia Romana in princ. & in medio autent. ius iurãdum quod præſtatur his, idem fatetur Luit Prandus in Longobard. ll. ſub tit. de prohibitis nuptijs, l. 4. & in Concil. Caroli relatum in c. memoriam diſt. 19.

9 Hãc etiam veritatẽ vt catholicam affirmarũt ſancti

cti omnes & DD. in dictis locis quos eſſet longum recenſere, & vltra eos, D. Th in lib. contra errores Grecorum, c. 65. & 66. Cardin. Caietanus in tract. de Romani Pōtificis inſtit. c. vltim. Pighius Fauer. Roſenſ. Michael de Arnyone in tract. de vnitate oruilis, c. 15. & c. 16. Franciſcus Barg. in tract. de authoritate Pontificis c. 6. Petrus Andreas Gambarus, in repetitione extrauagantis Cum tam diuino, ſub tit. de ſimoniaca Papę electione, à num. 47. Cardin. Iacobatius in tract. de concilijs lib. 10. §. in contrarium, & §. ſequenti. Cardinal. Turr. Crem. lib. 2. ſuæ ſumæ à c. 70. Belarminus tract. de Romano Pontifice lib. 2. per plura capitula, nouiſsime Pater Suar. contra Regem Angliæ, lib. 3. c. 10. cum ſequentibus qui plures referunt quos apud eoſdem videre poterit ingenioſus, & reſponſiones ad argumenta contra Hæreticos contrarium perperam affirmantes: Sit ergo, ex his omnibus concluſio certa, & de fide omnino tenenda: Chriſtū Dominum inſtituendo Eccleſiam ſuam militantem, prius quam quo ad viſibilem præſentiam corporalem eam relinqueret, illam Petro tanquam Vicario ſuo ac ſupremo Paſtori commēdaſſe, & ſub inde ſupremam ſpiritualem, ad guuernandam illam illi contuliſſe.

Probato primatu Petri in conſequentiam ſequitur 10
illius perpetuitatem verificari: Quæ vtique vique ad finem ſæculi durare aperte conſtat ex Eſaia. c. 9. ibi ſuper ſolium Dauid & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iuditio, & iuſtitia, à modo & vſque in ſempiternum. Vnde pro dictis Apoſtolis & Paſtore Dominus Ioannis, c. 17. patrem orauit dicer-

dicens ibi non pro eis autem tantum rogo, ſed & pro illis qui credituri ſunt, per verbum eorū in me. Quare Petri poteſtas tranſmiſsibilis eſt ad alios ſucceſſores Pontifices, qui vſque ad conſumationē ſęculi Chriſtiani populi regimen & curam debent tenere. Vnde de ſummo Pōtifice & eius futuro vicario, dicitur Iſa ie, c. 94. dedite in lucem gentium, vt ſis ſalus vſque ad extremum terræ. Probaturque ratione nam omnes illi qui eiuſdem legis latores legibus ſubijciuntur, eiuſdem principatus & regiminis dicuntur, & ad eundem Principem pertinent, ſed omnes Chriſtiani qui baptiſmatis charactere ſignantur, c. quoniam de cōſecratione diſt. 4. fidelium legibus ſubijciuntur, & ſub fide degunt, extra quam nemo ſaluatur, c. 1. de ſuma Trinit. Ergo ad eundem Principem pertinebunt, & ſub vnius regimine omnes ſubijciuntur neceſſario, ſed Chriſtiani erunt vſque ad cōſumationem ſæculi, ergo euſque indigebunt regimine, Principe, Paſtore, & rectore; & ex conſequenti poteſtas Petri tranſmiſsibilis eſt ad alios ſucceſſuros Pontifices qui vſque ad conſumationem ſæculi prædicti Chriſtiani populi curam haberē debent. Item in lege veteri non ad ſola tempora Moiſi, Aaron, Ioſuæ, & Eleazar, fundati fuerunt Duces, & Pontifices, & ſicut Eccleſia triumphans, ad cuius exēplar hæc militans noſtra fabricata eſt, ſemper habet & habebit vnicum Deum, Dominum noſtrum; ita Eccleſia militans pro eo tempore quo Deus eam durare voluerit habere etiam debet vnum rectorem, & Dei Vicarium, vt ei, aſsimiletur, qui eſt Romanus Pontifex; & hanc veritatem multis rationibus probat

Ioan.

Ioan.Lupus in tract.de confederatione Principum,§. ex quibus conſtat num.14.& ex eo Martha de iuriſdictione 1.p.c.13.à num.19. Suar.contra Regem Angliæ lib.3.c.12 per totum. Vnde manifeſte conſtat, quod ſi Pontifex eſt ſucceſſor Petri,ſimiliter eſt caput Eccleſiæ, nam Chriſtus Dominus noſter eſt immediatum caput Eccleſiæ,c.vnico de ſacra vnctione, clement.1. in princip.de iure iurando.Sed ipſe Pex. eſt caput mediante Chriſto,aſcenſurus.n. ad patrem, reliquit Petrum ac ſucceſſores,glo.in clem.ad noſtram,verbo Eccleſiæ de hæretic.tex.in d.clem.1. in princip. de iure iur.c.1.de homicid.lib.6. D. Th, lib. 4. contragen. c. 76.ergo ſucceſſores erunt caput, ita Euariſtus Pontifex, epiſt. 1.Romanum Epiſcopum caput vocat. Alexand.1.epiſt.1.vocat apicem, & caput.Sixtus 1.epiſt.1. omnium Eccleſiarum caput.Dioniſius epiſt.2.ad Seruum Epiſcopum,alias multas authoritates aducit pater Suar.lib.3.contra Regem Angliæ,c.15.per totum, & capitulis ſequentibus, reſpondit hæreticorum obiectionibus,& probat Mart.de iuriſdict.1.parte c.12.per totum.

Hanc autem poteſtatem Pontificis immediate a Chriſto eſſe fateri neceſſe eſt, ex illo Mathei 16.ibi tibi dabo claues regni cęlorum, Ioan.vltimo,paſce oues meas.vbi Chriſtus Dominus Petro loquebatur, & in eo, ſucceſſoribus, & probatur,ratione: nam in omni, hierarchia primum illius authoritatem hierarchizãdi in ſequentes, in eodem ordine capit abeo qui ſimpliciter,& primo prime præſidet toti hierarchiæ,patet ex beato Dioniſio 6. cæleſtis hierarchiæ dicentis: 11

propiũ eſt Angelis primæ hierarchię eſſe circa Deũ, quod non eſt intelligendum quoad beatitudinis participationem, quia ſic omnes Angeli boni, & omnes ſancti ſunt circa Deum, ſed quoad receptionem illuminationũ, quas recipere immediate â Deo eſt proprium illis, igitur pariformiter primus qui eſt in Eccleſiaſtica hierarchia, quæ a Celeſti eſt exemplata, cuiuſmodi eſt Pontifex, dicendum eſt, capere immediate a Chriſto poteſtatem, ita intelligendus eſt Pontifex Leo, in c. cum beatiſsimus: ibi cum beatiſsimus Petrus Apoſtolus â Domino acceperit primatum, 24. q. 1. Præterea omnis illa poteſtas qua vtitur quis in regimine alicuius communitatis, vt Vicarius alterius, deriuatur immediate ab illo cuius Vicarius dicitur, argumento tex. in c. ſi pro debilitate de offitio de legati. Sed papalis poteſtas dicitur illa, qua ſummus Pex. vtitur, in regimine communitatis Eccleſiæ vt Vicarius Chriſti: ergo talis poteſtas in Pontifici eſt immediate a Chriſto. Vltimo, papalis poteſtas non poteſt conferri ab homine, ergo a ſolo Chriſto immediate confertur, conſequentia patet, antecedẽs probatur, quia ſi conferretur ab homine, vel ab ipſo homine Papa, vel a tota communitate, vel â vicem eius habente: Nõ confertur primo modo, quia inter dantem, & accipientem debet dari diſtintio realis, ſecundum philoſophum, c. per noſtras de iure patronatus: Nec ſecundo modo, quia nulla communitas poteſt conferre poteſtatem, ſecundum quam regiturâ ſuo ſuperiori domino, cuius dominium non dependet a conſenſu communitatis, ſed poteſtas de qua loquimur eſt huiuſmodi quia po-

teſtas

teſtas Papalis eſt, ſecundum quam communitas Chriſtiana debet regi a Chriſto, mediante ſuo Vicario, cuius dominium non pendet a conſenſu communitatis Chriſtianæ ergo. Nec denique â vicem eius habente vt aperte conſtat; ergo immediate a Chriſto Domino. Quibus, & alijs rationibus hanc tuetur veritatem Cardin. a Turr. Cremat. in ſuma Eccleſiæ lib. 2. c. 38. & capitulis ſequentibus reſpondit argumentis hæreticorum contrarium ſentientium: Eandem Catholicam doctrinam docet Innocent. 3. in c. intercoporalia de translatione Epiſcop. Innocent. 4. in c. pro humani, de homicid. lib. 6 c. vbi periculum, de electione, lib. 6. in quibus omnibus, Papa, Chriſti Vicarius appellatur, & ita idem oſtenditur eſſe conſiſtorium Chriſti & Papæ, Ioan. And. in c. quanto de translatione Epiſcop. & manifeſte teſtatur Origenes in glo. ſuper illud Math. 16. quodcunque ligaueris, ibi vide quantam poteſtatem habet petra ſuper quam ędificatur Eccleſia, vt etiam iuditia eius maneant firma, quaſi Deo iudicante per eam, refert Turr. Cremat. ſupra c. 37 prope finem. Ex quibus aperte conſtat Pontificem ſupremum eſſe Dei Vicarium, & eius vices gerere prout dicunt verba noſtræ gloſſę, & qui cõtrarium dicit mentitur, vt dicit Baldus in l. Barbarius Philipus, ff. de offit. prætoris.

Sed aduc ſupereſt ſcrupulus, quod omnes Epiſcopi dicuntur Chriſti Vicarij iuxta illud 2 ad Corinth. 6. pro Chriſto legatione fungimur: tanquam Deo exhortante per nos, & 1 Corinthiorum 4. ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores 12

myſteriorum Dei hoc. n. dicebat Apoſtolus de A-poſtolis, & per conſequens de eorum ſucceſſoribus, qui ſunt Epiſcopi, c. in nouo 21. diſt. in præfatione: Itemque in ſolemnitate de cantatur Apoſtolorum, gregem tuum Paſtor æterne, non deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, vt eiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem contuliſti præ eſſe Paſtores. Ad hæc tamen facilis eſt reſponſio, ſi conſideres quod etiamſi omnes ſint Vicarij, Pontifex tamen præcipuus & principalis Chriſti Vicarius eſt, ab eo immediate pro Eccleſię vnitate ſeruanda maxime conſtitutus: vnde glo. ſuper illud Math. 16, tu es Petrus inquit ſpecialiter poteſtatem ligandi & ſoluendi Petro Chriſtus conceſsit, vt ad vnitatem nos inuitaret, ideo. n. eum Principem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia, vnũ principalem Chriſti Vicarium haberet, ad quem diuerſa membra recurrerent, ſi forte inter ſe diſſentirẽt, quod ſi diuerſa capita eſſent in Eccleſia, vnitatis vinculum rũperetur. Hucuſque glo. Ex quibus aperte concluditur error dicentium quod Papa non ſit immediate, & proximus Chriſti Vicarius, qui error tanquam peſtilentiſsimus inter alios impudentiſsimi Vuicleff. in concilio conſtantienſi fuit damnatus refert Turr. Cremata ſupra d. c. 37.

## GLOSSAE TERTIAE SVMmarium.

*Confirmatio Alexandri Iubilei D. Iacobi, an ſit noua*

*noua conceſsio, & quod confirmatio dupliciter poteſt poſtulari, num. 1.*

*Confirmationis duplex forma inueniri poteſt, 2.*

*Confirmatio alicuius priuilegij duplici modo contingere poteſt, 3.*

*Confirmatio priuilegij in forma communi, nullum ius nouum confert, 4.*

*Confirmatio priuilegij, ex certa ſcientia, habet vim nouæ conceſsionis, 5.*

*Clauſula Bullæ Alexandri, vt propter ea quæ a Romanis Pontificibus: interpretatur ab authore, & verba in ſimilibus conceſsionibus approbamus, roboramus, & de nouo concedimus, 6.*

# GLOSSA TERTIA.

## Vt propterea que à Romanis Pontificibus, &c.

NOn mediocris ex his verbis oriri poteſt dubitatio, an confirmatio noſtri Iobelei facta ab Alexandro Pontifice Max. ſit noua illius conceſsio, vel quid aliud? quod vt optime intelligatur, notandum eſt confirmationem alicuius actus

actus dupliciter poſtulari poſſe, vno modo tanquam perſe neceſſaria ad conſumandum actum prius inchoactum, & non perfectum, vt conſtat in electionibus, vel quando in pacto inter aliquos facto ad eius validitatem, & firmitatem, neceſſaria eſt confirmatio Principis, vel Iudicis. Alio vero modo confirmatio dicitur, quando licet perſe non ſit neceſſaria ad ſubſtantiam & valorem actus additur ad maiorem quandam authoritatem, vel alium ſimilem effectum.

In priore confirmatione dici aliquo modo poſſet eſſe nouam conceſsionem, ſeu colationem benefitij aut alterius rei de qua confirmatio datur, quia ante confirmationem non erat ius perfecte quæſitum, non poteſt tamen negari in hoc modo confirmationis, ad ipſam ſupponi alium actum priorem, vt in exemplis poſitis, reſpectu cuius dicitur confirmatio, & ideo tūc qui confirmat, non cenſetur ſimpliciter dare, ſed conſumare quod in choatum erat, ita docet Batthol. in l. more maiorum, ff. de iuriſdictione omnium iudicum num. 5. Gemenianus conſil. 11. num. 2. verſ. quo ad reſcriptum Bald. conſil. 181. caſus talis eſt ſtatuto cauetur in principio lib. 1. Romanus conſil. 12. num. 4. Tiraquel. ad ll. connubiales glo. 4. num. 26. ſequenti vbi plu res adducit pro vtraque parte, de quo eſt text. expreſſus, in c. dilectis, §. cęterum de fide inſtrumentorum, quã uis reſpectu rei, vel iuris, aut firmitatis, conceſſæ dici poſſet noua conceſsio, & talis confirmatio iure ordinario requirit validitatem in actu quem ſupponit, nã ſi confirmatur electus, ſupponitur electio valida, c. quia diuerſitatem de conceſsione præbendæ, c. 1. c. exa-

minata

minata de confirmatione vtili vel inutili, vbi notant gloſſæ, & DD. Bald. conſ. 319. punct. ſuper quibus num. 4. verſ. ſuper quarto lib. 4. Cardin. Zauarela conſ. 33. num. 2. verſ. Item & alia ratione, & conſ. 34. per totum, maxime num. 3. verſ. ad ſecũdum, plures adducit ad propoſitum Cardinal. Tuſcus liter. R. concluſione 24. obidque dicitur quod diſpoſitio confirmans trahitur ad tempus diſpoſitionis confirmatæ, non econuerſo, Signorolus, conſ. 19. in aſſumptione de me num. 8. verſ. modo, ſic arguo. Vnde a fortiori conſtat confirmationem ſecundo modo, multo minus poſſe dici confirmationem, cum ad validitatem actus vel effectus non requiratur. De inde quia illa confirmatio non fit ad hunc effectum, ſed ex ſuper abundanti ad maiorem authoritatem, vt ſic dicamus.

Secundo præmitendum eſt: vulgariter fieri diſtinctionem de duplici forma confirmationis, quædam. n. dicitur in forma communi, c. quia diuerſitatem de cõceſsione prębendæ, cui videtur opponi confirmatio in forma ſpetiali. Alia appellatur confirmatio ex certa ſcientia, c. 1. de tranſactionibus, ibi pleniſsime notionis vbi id notat glo. & in c. veniens eodem tit. Quo modo autem confirmatio fieri debeat, vel quando facta eſt in forma communi, non omnino certum eſt apud DD. ego tamen exiſtimo cõfirmationem talem eſſe puram, & ſimplicem, quando Princeps non eſt informatus, & non tribuit nouum ius, Anchar. conſ. 389. viſis diligenter num. 6. Socinus Iunior conſil 32. num. 39. & 40. lib. 3. Alexand. conſ. 123. num. 22. lib. 4. Bologninus conſ. 31. num. 13. & 14. & in dubio omnis 2

con-

confirmatio ſimpliciter facta cẽſetur informa cõmuni, quæ nihil confert quando non exprimitur, vel non inſeritur tenor confirmati, vel non fit mentio quod confirmans fuit informatus, & habuit plenam ſcientiam, Cardinal. Zauarela conſ. 44. num. 4. & ſeq.

3 Quod vt melius intelligatur aduerte, duobus modis confirmationem priuilegij poſſe fieri, vno modo cum perfecta noticia illius tenoris & omnium circunſtantiarum eius, alio vero modo cum ſola cognitione confuſa priuilegij, quod ſimpliciter proponitur vt antea conceſſum, ſine alio examine vel diſtintiori noticia illius. Quando confirmatio fit primo modo, dicitur eſſe ex certa ſcientia, quando poſteriori, in forma communi. Vnde quando in ipſa confirmatione adduntur verba aliqua quibus ſufficienter ſignificatur præciſe examen, ſeu cognitio perfecta, erit ex certa ſciẽtia. Quãdo vero nihil ſpeciale inuẽtum fuerit, erit in forma communi: ſigna autem quod fuerit confirmatio data cum exacta cognitione erunt, ſi in inſtrumento confirmationis inſeratur totus tenor prioris priuilegij, nam tũc conſtat Principem re tota ſufficienter intellecta, ſuam authoritatem adhibuiſſe, c. venerabiles de confirmatione vtili vel inutili, ibi ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compoſitionis inſertus, vbi glo. inquit, illam confirmationem fuiſſe ex certa ſcientia, quia Papa cum eam viderit confirmauit, & notant Panormit. & reliqui. Quando vero prior conceſsio non inſeritur, non dicitur ex certa ſcientia, per text. in d. c. venerabilis, facto argumento a contrario ſenſu, erit etiam ſignum: ſi in cõfirmatione apponatur

clau-

clauſula ex certa ſcientia, nam tunc licet non inſeratur tenor priuilegij, confirmatio erit ex certa ſcientia, & ita hoc verbum eſt ſecundum ſignum ſuffitiens, talis confirmationis, quia cum per tale verbum Princeps affirmet ſe ita confirmare, illi credendum eſt, ita Panormit. conſ. 101. num. 9. lib. 1. & plures alij quos refert Felinus in c. cum inter de exceptionibus videndus, dicit communem Panormit. vbi omnes, & in c. ad hæc de reſcriptis, num. 7. Detius. 6. Felin. in c. non nulli eodẽ tit. & idem operatur clauſula ęquipollens clauſulæ ex certa ſcientia, qualis cenſetur illa de plenitudine poteſtatis, Panormit. Detius, Felinus & alij ſupra, & am conuertantur declarat Alexander conſ. 122. num. 22. lib. 4. & conſ. 30. num. 9. lib. 5. Eodem modo, intelligi debet clauſula, non obſtante lege diſponente in contrarium, Felin. in d. c. cum inter num. 7. in fine, & in d. c. non nulli, ſalentia 4. vbi late proſequitur: Nõ ommittas tamen quod clauſula ex certa ſcientia ſemper intelligitur de ſcientia facti, nam ſcientia iuris, ſemper pręſumitur in confirmatione quæ fit ex certa ſciẽtia, quia Princeps habet ius in ſcrinio pectoris, & illud ignorare non præſumitur, c. 1. de cõſtitutionibus in 6. quod in priuilegijs omnes admitunt, etiam ſi ſecus dicant in aliquibus reſcriptis, Felin. in d. c. non nulli: ſecunda obiectione contra quartam fallentiam. Ex quibus omnibus ſatis colligitur quæ ſit confirmatio in forma communi, & quę ex certa ſcientia: Cõfirmationem quę priuilegium datam per verbum confirmandi puri ni ſine narratione facti, & ſine aliquo alio ſigno, alteri tram partem indicante, cenſendam eſſe in forma communi,

ni, quæ eſt communior ſententia noſtratum, Abb.cõſ. 101.in q.quæ vertitur num.9.lib.1. Alexand. conſ. 59. num.9.verſ.Præterea reſpondeo lib.1.Barth.conſ.196. Ratio eſt quia licet beneſitium Principis ſit late inter prætandum, l.fin.ff.de conſtitutionibus Prin.l.hac ſaluberrima, C.de agenti in rebus, Abb.conſ. 101.in q.in fine num.11.lib.1.Alexã d. cõſ.160.viſo temate num.3. verſ.ſecundo preſuppono lib.2.DD.in dict.l.fin.nõ tamen vltra proprietatem verborum: Alexand cõſ.215. non obſtat num. 4. verſ. item licet lib. 7. Sed verbum confirmare pure prolatum, non eſt verbum donandi, nec faciendi aliquid de nouo ſimpliciter, ſed tantum aprobandi quod factum eſt, vt aperte ſupponitur in c. inter dilectos de fide inſtrument.§.ceterum, & §.cum igitur. Ergo non plus operatur verbum illud, per ſe ſumptum, etiam ſi illud late interpretare velimus, quã confirmationem in forma communi.

4 His præhabitis duabus propoſitionibus terminabitur noſtra dubitatio, in principio gloſſæ propoſitæ. Prima eſt quando confirmatio gratiæ ſeu priuilegij, in forma communi nullum ius nouum confert, nec dat valorem priuilegio ſi erat inualidum, & ita non poteſt dici concesſio priuilegij, ſed pura roboratio, c. qui diuerſitatem de conceſsione præbendæ, d.c. examinata, c.1.de conceſsione præbendę, c.dudum in fin. de decimis, ita intelligunt iſta iura Innocen. Immola, & Anton.de Butrio.in d.c. dudum tradit etiam Bald. in feudis, tit.per quos fit inueſtitura, c.1.num.2.Felinus in c.inter dilectos de fide inſtrumentor.a num.13. vbi Panormi.idem Felin.in c.cum veniſſent, de teſti-

bus

tus nrm. 2. Detius in rubrica de confirmatione vtili vel inutils dub. vltimo, qui optime confirmat quæ diximus, & in iſta confirmatione datur robur authoritatis quod additur priuilegio iuxta principium, l. 1. C. de veteri iure enucleando, dicentis ſuperiorem id facere ſuum, quod authoritate ſua cōfirmat, & quamuis hæc regula ſoleat explicari, & bene de confirmatione ex certa ſcientia, de qua aperte loquitur, c. ſi apoſtolicę de præbend. in 6. c. 1. de tranſactionibus, & vtrobique, ſic exponit glo. non impropriè tamen ſuo modo poteſt extendi ad cōfirmationem in forma communi, quādo cadit in materiam habilem, & ſuum effectum ſortitur, nam tunc iam res illa, non ſolum inferioris, ſed etiam ſuperioris, vel Papæ confirmantis authoritate ſubſiſtit, & ita efficit illam ſuam.

Secunda propoſitio; confirmatio priuilegij ex certa ſcientia, habet vim nouæ conceſsionis talis priuilegij, c. 1. c. veniens de tranſactionibus, c. 2. de pactis glo. in d. c. quia diuerſitatem, & in d. c. 1. de tranſactionibus, vbi Innocen. Barbatia, Panormit. Detius, Felinus, & alij quos ipſi referunt & ſupra relati Oldraldus conſ. 257. Illuſtris Dominus num. 4 lib. 1. Signorolus conſ. 148. num. 9. & ſequenti Alexand. conſ. 101. viſis inſtrumentis num. 9 lib. 1. Angelus, Aretinus conſ. 72. in caſu ſupra dicto num. 39. & ſequenti: & de effectibus huius clauſulæ vide Anton. Gabriel. tit. de clauſulis concluſione 2. num. 61. & 46. Effectus ipſius congerit Rebuf. ſuper concordatis Frantiæ tit. de forma mandati, Apoſtolici, vbi aducit etiam plurimos effectus quos iſta clauſula operari non poteſt, & re vera eſt noua 5

conceſsio, licet verbum ſit confirmationis: expreſſe notat Decius in d. rubrica de confirmatione vtili, vel inutili in fine, ex Bartul. Immola, Panormit, & alijs.

6 Ex quibus omnibus ſatis poſſunt interpræ tari verba noſtræ gloſſę, vt non ſolum intelligantur de confirmatione, ſed etiam de noua conceſsione, prout intelligi debet noſtra bulla, cum in illa nō ſolum tenor prioris exprimatur, vt aperte conſtat, quomodo Princeps videtur conceſsiſſe ex certa ſciētia. Sed quia dicta clauſula in fine expreſſe inuenitur, vbi etiam aduertam: ſolent tamen Pontifices prout Alexander in præſenti in verbis noſtrę gloſſæ, & in fine bullæ, amplius addere approbamus, roboramus, & de nouo concedimus. Vnde dubium inſurgit, quomodo verbum innouamus, diſtinguitur a verbo approbamus, confirmamus & quid addit, quod dubium propoſuerunt fratres minores Iulio 2. pro intelligentia cuiuſdam confirmationis ſuorum priuilegiorum, facte a Sixto 4. cū illa additione: & de nouo concedimus, interrogantes: an per illa reſtituerentur ſeu de nouo concederentur etiam priuilegia prius reuocata? Quibus reſponſum fuit a Pontifice per illa verba ſolum modo eſſe cōfirmata priuilegia dicto ordini conceſſa, & non aliâs reuocata, ita habetur in bulla Iulij 2. anni 1504. incipit. In militantis Eccleſiæ agro, & habetur inter priuilegia minorum, refertur ab Emanuele Rodriguez 1. tom. bullarum pag. 570. Hæc tamen reſponſio Pontificis, non mediocrem continet difficultatem. Primo quia videtur contra vim & propietatem verborum, præcipue illorum & de nouo cōcedimus, Secundo quia hoc modo videntur fruſtaneę

a DD.

a DD. nam illud ſatisfecerat factam per puram confir mationem, non ſolum ex certa ſciētia, ſed etiam in for ma communi, vt ex proxime dictis patet. Tertio quia ſequitur minus conceſſi per illa verba, quam per confirmationem ex certa ſcientia: quia per hanc reparantur, & reſtituuntur priuilegia etiam reuocata, vt fatentur omnes ſupra relati, quod negatur fieri per verba prædicta.

Huiuſmodi tamen difficultati facilis erit reſpōſio, ſi vtamur diſtinctione, deducta ex propoſitionibus ſupra aſsignatis, aut enim ſimilia verba apponuntur in confirmatione facta in forma communi, & tunc non reſtituit priuilegia reuocata, vel quomodolibet amiſſa, nec tribuit nouū ius, ſed ſolum antiquum innouat, c. ex parte, de priuilegijs, ibi, priuilegium, &c. Duximus innouandum ità tamen vt per innouationem ipſius eidem Eccleſiæ nō plus iuris accreſcat, c. quia intentionis eodem tit. ibi cum innouatio, nec ius nouum conferat, nec tollat verus, hanc autem concluſionem non intelligas de innouatione inſtrumenti, quando vetuſtate conſumitur, prout in c. cum dilecta de confirmatione vtili, vel inutili, ibi prædicta priuilegia, quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta, cum fuerint non in pargameno, ſed in papiro ſcripta, diximus innouanda; vbi notant DD. nam innouari hoc modo priuilegium nihil aliud eſt quam nouum inſtrumentum ex antiquo exemplari. Sed de innouatione iuris, de qua in c. longinquitate 12. q. 2. c. 1. de præcarijs iuncta glo. ibi quæ non extenditur ad nouam conceſsionem, ſed ſolum ordinatur ad conſeruationem priuilegij iam conceſſi &

duran-

durantis talis.n. innouatio cum non ſit facta cum cognitione cauſæ, nec ex certa ſcientia, non eſt extendenda, ſed potius reſtringenda quantum proprietas verborum patitur, & ita ex vitalis formæ nō inducitur nouus vigor priuilegij, ſed renouatio antiqui: Sed ſi quærat aliquis quem effectum habeat talis innouatio? cum ſi contingat cadere ſuper priuilegio inualido, reuocato, aut amiſſo per contrarium vſum, ſeu alio modo nihil cófert. Si autem ad iūgatur priuilegio valido, & aduc permanenti in ſua ſubſtantia, ad ſummum cōfert quodam robur & firmitatē, eo modo quo dictū eſt, de cōfirmatione in forma cōmuni, Reſpōdetur quod parū aut nihil prodeſt, quia in rigore nihil dat talis confirmatio, niſi robur & firmitatem, de qua proxime, vnde raro tales confirmationes a Principe extinguntur. Si vero per verba de qua noſtra dubitatio eſt, & ſimilia innouatio fit ex certa ſcientia, confert ius nouum, de ſe & æquiualet, conceſsioni, ideoque reſtituere poteſt priuilegium perditum: & a fortiori omnem vetuſtatem eius tollere, & inpriſtinum ſtatū reſtituere; probant relati in ſecunda propoſitione ſupra: Panormitanus in c. cum ſuper de cauſa poſſeſsionis, idem late in c. interdilectos de fide inſtrumētorum num. 9 verſ. & credo quod mens, dicens quod ſi in confirmatione narratur ſerioſe primo cōceſsio, nō eſt neceſſe exhibere primā conceſsionem; tenet Felin. ibi num. 7. Speculator tit. de inſtrumentorum editione §. nunc autem num. 2. dicens quod ſi confirmatio fit ex certa ſciētia, puta quia confirmator vidit conceſsionem, & eam in confirmatione inſeruit bene valet & dicit notandum

in

in practica quia quotidie impetrantur priuilegia cõfirmatoria, & originalia fuerũt deperdita. Iaſo. in autent. ſi quis in aliquo, num. 8. C. de edendo & iſta eſt elegans eiuſdem, l. limitatio. dum inquit quod tranſumptum non facit fidem niſi originale appareat Greg. Lop. in l. 2. glo. ſcripto tit. 18. partit. 3. Menchaca de ſucceſsionum creatione lib. 3. §. 26. num. 26. Surdus conſ. 419. num. 21. & 25. in fin. Maſcard. de probationibus, concluſ. 404. num. 2. Cardin. Tuſcus, liter. C. concluſ. 705. num. 16. quinimo quamuis non inſeratur integer tenor priuilegij ſed ſubſtantia tantum in confirmatione illius, talis confirmatio ſola probabit priuilegium confirmatum, quamuis alias de illo non conſtet, Rota in nouiſsimis deciſ. 361. part. diuerſorum num. 1. dicens hãc concluſionẽ eſſe opinionẽ cõmunẽ. Surdus d. cõſ. 419. num. 21. quę maxime notã la ſunt pro noſtra bulla ipſiuſque authoritate & fide noſtri Iobelei, & ad declarationem Iulij 2. reſpondit Collector mendicantium, Cordub. & Eman. Rodrig. relati a Suar. de ll. lib. 8. c. 20. num. 9. fuiſſe datam abſolute, & generaliter propter deffectum relationis, indicans attenta rei veritate non fuiſſe legitimam: quam ſolutionem approbat ipſe Suarez.

## GLOSSAE QVARTAE SVMmarium.

C*Alixtus ſecundus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, primus*

*primus Iobelei diui Iacobi Conceſſor, quis & qualis fuerit, num. 1.*

# GLOSSA QVARTA.

**Dudum ſi quidem fælicis recordationis Calixtus 2.**

1 CVM Calixtus 2. Pontifex Magnus primus noſtri Iobelei fuerit author, & qui primo tantam indulgentiam hanc apoſtolicam Eccleſiam viſitantibus pro animarum ſuarum ſalute conceſſerit: diſſonũ eſſet â ratione illotis (vt aiunt) manibus per illum trãſire: Fuit. n. filius Guillelmi ducis Burgundiæ, ex proſapia noſtræ Hiſpaniç Regum, & Frantiæ, vtque teſtatur noſtra Compoſtellana hiſtoria frater Comitis D. Ramon Toloſæ, primus maritus D. Vrracæ, & pater Imperatoris Illefonſi 7. Caſtellæ & Legionis, temporeque quo Pontifex electus fuit per mortem Gelaſij iuxta annũ 1120, appellabatur Vgo, & erat Monachus ſancti Benedicti in monaſterio Falitij in Frantia, & Archiepiſcopus Vienenſis, eius electio celebrata fuit in monaſterio Cluniacenſe, vbi prædeceſſor fuerat mortuus per Cardinales ibi cõ morantes, quia tamen non nulli in electione non fuerant

inuenti

inuenti noluit adminiſtrare quouſque ab omnibus cōmuni cōſenſu reciperetur, prout omnes fecerūt, reiecto Antipapa Burdino qui violenter ſedem occupabat. Vixit in Pontificatu per ſpatium ſex annorum in quo multa mirabilia & tanti Pontificis digna fecit, de quibus Platina, & Illeſcas in eius vita, fuit maximopere deuotus noſtri Apoſtoli cuius miracula ſcripſit, & iſtam Apoſtolicam Eccleſiam multis prærrogatiuis affecit; tum propter dictam deuotionem, tum etiam quia Comes D. Ramom frater eius ſepultus erat in iſto ſanctuario, inſtituit noſtram Eccleſiam Metropolitanam, & ad illam applicauit omnia iura & actiones Emeritenſis Eccleſiȩ, ad inſtantiam Imperatoris Illefonſi, quem ipſe Calixtus baptizauerat, & Regem vnxerat iuxta noſtri Apoſtoli reliquias, de quo aliquantulum diximus, in noſtro gloſſemate ad ſtatuta huius Apoſtolicæ Eccleſiæ, glo. 4. proemij, num. 20. & pro nunc iſta ſufficiant, reliqua Choroniſtis relinquendo, & poſt Calixtum, noſtrū Iobeleum confirmarunt Eugenius, & Anaſtaſius Pontifices, vt ex noſtra bulla conſtat.

---

## GLOSSAE QVINTAE SVMmarium.

V *Erba Bullæ Iubilei ſanctam Compoſtellanam beati Iacobi Zebedæi Eccleſiam cuius in ca ve-*

nerandum corpus honorifice eſt poſitum expendun tur ab authore, ad confutandos errores aliquorum qui contrarium affirmant, num. 1.

Corpus beati Iacobi Zebedæi tumulatum exiſtere in eius Apoſtolica Eccleſia probatur multis teſtimonijs, 2.

Corpus beati Iacobi Zebedæi requieſcere Cõpoſtellæ, probatur ex miraculis quæ operatus fuit, remiſsiue, 3.

Corpus beati Iacobi exiſtere in iſta Eccleſia probatur ex miraculoſa eius inuentione, & quam plurimis priuilegijs id aſſerentibus, 4.

Regum teſtimonijs aliquid aſſerentium magna fides datur, 5.

Protectio totius Hiſpaniæ diuo Iacobo commendata fuit, 6.

Corpus beati Iacobi ſepultum eſſe in iſta Apoſtolica Eccleſia conſtat ex antiquiſsima traditione, 7.

Corpus beati Iacobi Zebedæi, ex omnibus mundi partibus viſitatur in Compoſtellana Eccleſia, quod alibi non legitur, 8.

Regum Franciæ priuilegia expenduntur, ad probandam exiſtentiam corporis B. Iacobi Zebedæi, in ſua Apoſtolica Eccleſia, 9.

Caput

*Caput B. Iacobi Zebedæi, exiſtere tumulatum cum corpore probatur, & reſpondetur contrarium affirmantibus, 10.*

*Caput Iacobi minoris fratris Domini, eſſe illud quod deffertur in proceſsionibus ſolemnibus Eccleſiæ Compoſtellanæ oſtenditur, 11.*

# GLOSSA QVINTA.

Sanctam Compoſtellanam B. Iacobi Zebedæi Eccleſiam, cuius in ea venerandum corpus honorifice eſt poſitum.

HAEc Pontificis aſſertio ſufficiens erat ad confutandum errorem aliquorum, qui affirmant corpus glorioſiſsimi Apoſtoli vnici Hiſpaniarum patroni non exiſtere, nec tumulari in iſta Apoſtolica Eccleſia: Et quod etiam ſi eius reliquiæ & cineres in ipſa requieſcant, caput eiuſdem defficit, vel ſaltim eſt illud quod in proceſsionibus paſchalibus, & alijs feſtiuitatibus ſolemnibus deffertur, res ſane ſine fundamento, & omnino à veritate aliena, in quo paulis per ſiſtam vt ipſa eluceſcat & omnibus in conperto ſit; quod luce meridiana clarius aparebit. Non nulli

1 (beside first line of paragraph); 2 (beside last line)

etenim affirmare tentarunt noſtri Iacobi maioris corpus, apud Toloſam ſeu Toloſæ in Regno Franciæ venerari. Quo autem fundamento, nec Hiſtoriographi etiam Francorum, nec aliquis ſanæ mentis potuit dicere, cum contrarium aperte cõſtet ex bulla noſtri Iobelei, & alia eiuſdem Pontificis, eius data ſeptimo kalendas Iulij, in dictione 14. incarnationis Dominicæ anno 1181. Pontificatus eiuſdem 22. ibi Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Petro Compoſtellano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis, in perpetuam memoriam in eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula, diſponente Domino conſtituti fratres noſtros Epiſcopos ex iniuncto nobis Apoſtolatus offitio fraterna charitate diligere Eccleſijs ſibi a Domino cõmiſsis, ſuam debemus dignitatem & iuſtitiam conſeruare, ea propter venerabilis in Chriſto frater Petri Archiepiſcopi, rationabilibus tuis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum fælicis memoriæ Calixti, & Anaſtaſij, Romanorum Pontificum, ſanctam Compoſtellanam Eccleſiam beati Iacobi, cuius in ea venerandiſsimum corpus eſt poſitum, Apoſtolicę ſedis priuilegio communimus, ex epiſtola Leonis 4. Pontificis Maximi, quam ſcripſit de paſsione B. Iacobi Zebedei, & corporis tranſlatione, de qua ſtatim & Hiſtoria Calixti multis in locis, qui affirmãt diſcipulos noſtri Apoſtoli eius corpus a Hieroſolimis per vaſtum mare vſque ad Iriam flauium traduxiſſe, & poſtea in locum qui nunc Compoſtella dicitur, idem teſtatur Breuiarium Compoſtellanum, &

alia

alia multá antiquiſsima quæ in diuerſis Eccleſijs Hiſpaniç fuerunt in vſu, Breuiariumque quo his temporibus vtitur vniuerſalis Eccleſia Catholica, & Apoſtolica Romana, editum iuſſu Pontificis Max. Pij 5. hanc veritatem confirmat, in feſtiuitate Apoſtoli, dicendo quod corpus eius translatum fuit Compoſtellam, & in feſtiuitate eiuſdem translationis legitur, ibi Compoſtellanæ Eccleſiæ monumentis tradditur ſancti Iacobi Zebedæi filij corpus, ex vrbe Hieroſolima per baſtiſsimum mare ſingulari Dei prouidētia aductum ad extremas Hiſpaniæ oras apuliſſe, cumque Iriæ Flauiç, quod eſt Gallecíæ oppidum, portu primum conſtitiſſet; non longe ab eo portu, in loco qui nunc Compoſtella dicitur, conditum ob frequentes perſequtiones longo tempore latuiſſe, hunc ſacrum Theſaurum Alfonſo Regi Legionis (qui ob inſignem puditi iam Caſtus dictus eſt) diuinitus indicatum, idem Rex inſigni baſilica alijſque Regijs donis exornauit, ita in 4. lectione translationis, in feſtiuitatibus Hiſpaniç approbata authoritate Pij 5. Gregor. 13. & Sixti 5. Pontificum cuius oratio in hæc verba, *Deus qui diſpoſitione mirabili corpus B.* Iacobi *Apoſtoli tui de Hieroſolimis ad Hiſpaniam transferri, & in Compoſtella glorioſe ſepeliri, voluiſti, concede quæſumus; vt eius meritis & precibus in cæleſti Hieruſalem collocari mereamur*, quod eleganter ſcripſit Compoſtellana hiſtoria, ibi, occidit Herodes Iacobum Ioannis fratrem gladio, cuius beatiſsimi Apoſtoli corpus venerandum, Iudei maleuolentia, & inuidia aducti, nec ſepelire voluerūt,

nec

nec à Chriſtianis qui tum temporis Hieroſolimis erāt ſepeliri permiſſerunt, ſed ſicut Leo Papa in epiſtola quam de eius paſsione, & corporis ipſius in Hiſpaniam tranſlatione ad Hiſpanos deſtinauit, affirmat integrum corpus cum capite extra ciuitatem proijcientes, canibus, auibus atque feris deuorandum, conſumendumque, expoſuerunt, ſed eius diſcipuli ab eo adhuc viuente præmoniti, vt corpus ſuum in Hiſpaniam transferrent tumulādum, totum corpus cum capite. teſte Leone Papa nocturno tempore arripientes, ad litus vſque maris citato calle peruenerunt, vbi dum ſoliciti de nauigio quo transferre in Hiſpaniam poſſent, nauim diuinitus paratam in litore maris, inuenerunt, qua Deo gratias vna nimiter agentes, impoſito ſacratiſsimo corpore læti conſcenderunt, & ſcila cum caribde ac periculoſis ictibus, manu Domini guuernante ad Irienſem portum felici curſu peruenerunt. Hucuſque Compoſtellana cuius verba ne calumniam patianturque ſcripſit Leo Pontifex ab ea, ſic ſe habēt, ibi ſublatum eſt autem corpus illius ſanctiſsimi Iacobi Apoſtoli a diſcipulis ſuis nocte, præ timore Iudeorum, qui Angelo Domini cōmitante peruenerunt in Iopam ad litus maris: ibi vero excitantes ad inuicem quid agere deberent, ecce nutu Dei affuit eis parata nauis, qui gaudentes intrant in eam, portantes a lumnum noſtri Redemptoris, erectiſque velis ſimul cum proſperis ventis, cum magna tranquillitate nauigantes ſuper vndas maris colaudantes clementiam noſtri Saluatoris, Iriæ peruenerunt ad portum. Idem legitur in libris qui inuenti fuerunt in monte Sancto Granatæ

refert

referſ Madera in hiſtoria quam compoſuit illius ad inuentionis, qui ſcripti fuerũt a diſcipulis eiuſdem Apoſtoli. Cum autem ab Iria flauia in noſtram Compo- 3
ſtellam corpus beatiſsimi Apoſtoli aſportaretur, portenta & miracula magna acciderunt, quæ refert Calixtus 2. in ſua hiſtoria, Magiſter Ioannis Beleth. in Sanctorali c. 140. Guillelmus Durandus 17. D. Antoninus in hiſtoria Eccleſiaſtic. Villegas in hiſtoria ſanctorum & vita noſtri Zebedæi, Baſſeus in coronologia Hiſpanię, refert alios & ſingularia notatu digna huius veritatis Maurus in ſua hiſtoria lib. 2. c. 1. quem conſule.

Deinde hæc veritas comprobatur ex reuelatione, 4
& inuentione, huius precioſiſsimi theſauri, facta Epiſcopo Theodomiro, illa tempeſtate Irienſi, & Pelagio Heremitæ, qui ei nuntiauit, & illum certiorem fecit de ſua reuelatione, quod corpus tanti Apoſtoli inter ſiluas vbi nunc ſepultum eſt requieſcebat: de canticis Angelicis quæ omnibus noctibus prope ſepulturam audiebãtur, de ſtella quæ ſuper illam radiabat, inſtar illius quę lumen illuminans, omnes mortales demonſtrauit, lucernis ardentibus, aliiſque miraculoſsis rebus, de quibus omnibus, D. Theodomirus, proprijs oculis rei euidentia, eadem quę reuelatione, certior fuit factus, qua certioratione cõmotus tantum miraculum nuntiauit Illefonſo Regi: cognomento Caſto, qui ſtatim cum proceribus Regni iter arripuit, & intrans locum vbi erat ſepultura, ſimul cum d. Epiſcopo & cõmitantibus adinuenit quod reuelatum fuerat, ſub marmoreis columnis, & vidiſſe adoraſſeque teſtatur

in

in quodam priuilegio noſtræ Apoſtolicæ Eccleſię, eius data ſub era 867. pridie nonas Septembris, in quo tria milliaria terræ in giro tumbæ (vt eius verbis vtar) Eccleſiæ beati Iacobi conceſsit, & Epiſcopo Theodomiro, cum fere per ſpatium 800. annorum abſconditum fuiſſet, conſtat ex Compoſtellana & Iriensi hiſtorijs, Mauro Ferrer lib. 3. hiſtoriæ noſtri Apoſtoli, c. 1. alijſque Choroniſtis; idemque affirmarunt cæteri Hiſpaniæ Reges, & exteri Principes, qui in numeris priuilegijs & amplißimis donationibus hanc Apoſtolicam Eccleſiam propter reliquias tanti Apoſtoli munierũt; quorum plus quam 300. priuilegia extãnt in Gazofilatio ipſius. Et teſtimonium illorum ſufficiens probatio erat ad hanc veritatem comprobandam, l. 32. tit. 6. part. 3. ibi: ¶ Pero ſi el Emperador o Rey dieſſe teſtimonio ſobre alguna coſa, dezimos q̃ abonda para prouar todo pleito: ca deue home aſmar que aquel que es pueſto para mantener la tierra en juſticia, e en derecho, que non diria en ſu teſtimonio ſi non verdad, nin querria en tal razon ayudar al vno, por eſtoruar al otro. Vnde procedit quod tanta fides adhibeatur priuilegijs Pontificum, & Regum, c. licet cauſam, verſ. expręſsis de probationib. ibi ex priuilegijs Imperatorum & Romanorum Pontificum Eccleſiæ Rauenatenſi cõceſsis euidentißime colligatur, & c. vbi Abb. num. 12. Felinus 10. Veroius 61. & communiter ſcribentes.

6 His accedũt miracula, quæ ab illa tempeſtate vſque ad iſtam omnipotens Deus virtute, & interceſsione tãti Apoſtoli operauit, non ſolum vbi eius reliquiæ requieſcũt, de quibus DD. ſupra, ſed & in tota Hiſpania, cuius

cuius protectio vnica ei cõmendata fuit, vt conſtat ex D. Hieronimo in illud Iſaiæ c. 34. ibi Dominus mandauerat eis: ite & docete omnes gentes, &c. & ſpiritus illius congregauit eos, dederitque in Euangelij ſortes, adque diuiſerit, vt alius ad Indos, alius ad Hiſpanias, alius ad Illiricum, alius ad Græciam pergeret, & vnuſquiſque in Euangelij ſui atque doctrinæ Prouintiæ requieſceret, hucuſque Hieronimus: Cuius verba vltima maxima ponderatione digna ſunt, vt cognoſcatur noſtrum Apoſtolum requieſcere vbi Euangelium prædicauit, in quo non moror cum nõ ſit inſtituti, & multi de hac re contra Baronium ſcripſiſſent, D. Iulianus qui Toletanæ ſedi præfuit, ad annum Chriſti prope 700. qui in librum in Naum Prophetam qui ex manu ſcripto codice ex bibliotecha Babaria excepit Henricus Caniſius, & eſt in ſecundo tomo actuarij bibliotecæ, veterum patrum, ad illud, c. 1. ibi, & nebulas pulueris pedum eius, vbi in pedibus Apoſtolos cognoſcit, ait, iſti ergo pedes Domini fuerunt, qui eum prædicando per vniuerſum mundum detulerunt, Petrus. n. cum Romam, Andreas Acaiam, Philipus Galliam, Bartholomeus Partiam, Simõ Egiptum, Iacobus Hiſpaniam, &c. ſtatimque ſubijcit.

*Quiſque ſua ſorte Chriſtum ſparſit ſine ſorde,*
*Per Paulum vero toto diſpergitur orbe.*

Diuus Iſidorus in offitio Gotico vulgo moçarabo lib. 4. c. 3. in quodam himno ibi.

*Petruſque Romam, frater eius Acaiam,*

M Indiam

*Indiam Thomas, Leui Macedoniam*
*Iacobus Iebus, & Egiptum Zelotes.*
*Bartolomeus Indos, Iudas Edeſſam,*
*Mathias Iudeam, Philipus Galiam,*
*Magni de inde filij tonitrui*
*Adepti fulgent, prece matris inclitæ.*
*Vtrique vitæ culminis inſignia;*
*Regens Ioannes deſtera ſolus Aſsiam:*
*Et Leua frater poſitus Hiſpaniam.*

Refert Baronius in annotationibus ad martirologiū, & idem de prouintijs ſortitis ab Apoſtolis, D. Cirilus lib. 5. Iſai. c. 82. Tertulian. lib. 8. conſtitutio. Clemenſ. c. 5. Leo Pontifex ſermone 1. de natali Apoſtolorum Petri, & Pauli, Beda quem refert Surius tom. 7. ad diē 10. Maij. Prochorus de beato Ioanne, c. 1. Caſaneus in Cathalogo gloriæ mundi, 3. part. conſideratione 29. Baldes, de dignitate Regum Hiſpaniæ, c. 6. num. 4. & ita quod Hiſpania ſub vnica noſtri Apoſtoli protectione ſit; ipſe fuit teſtificatus Domino Renamiro 1. ante illam inſignem victoriam, vulgari ſermone del Clauijo, cuius tantam mentionem faciunt, Hiſtoriographi Hiſpaniæ, & exteri (quicquid in contrarium velint ignorantes) prout conſtat illius celebris priuilegij votorum D. Iacobi Apoſtoli noſtri, eius data 8. kalēdas Iunij era 872. ibi nūquid ignorabas quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus alias prouintias alijs fratribus meis Apoſtolis diſtribuēs, totā Hiſpaniā meę tutelæ per ſortē deputaſſet: & meæ cōmiſiſſet protectioni.

Vlte-

Vlterius hoc manifeſtum facit, quod ſcilicet beatiſ- 7
ſimus Apoſtolus in iſto ſanctuario requieſcat; traditio antiquiſsima, non ſolum Compoſtellæ noſtræ: Iriæ flauiæ, ſed & totius vniuerſi, in quo, vno orefatētur quod corpus noſtri Apoſtoli Zebedæi tumulatum eſt ſub al tare huius almæ Eccleſię, cum duobus diſcipulis, Athanaſio, & Theodoro, ex illis qui ab Hieruſalem corpus tra nsfretarunt, quę traditio eſt ſumæ authoritatis, c. ſi quis omnem 1. q. 7. ibi ſi quis omnem traditionem Eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptam, violat, anathe maſit, & habetur in epiſtola beati Pauli ad Theſſalonicenſes 2. c. 2. in fin. ibi itaque Fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram, traddit Innocētius, in c. quanto de translatione Epiſcopi, vbi glo. verbo reuerentiam inquit quod eadē authoritas debetur tradditioni quę iuri ſcripto allegat tex. in c. Eccleſiaſticarum 11. diſt. Trident. ſeſ. 4. in princ. ibi nec non traditiones ipſas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Chriſto, vel ab Spiritu ſancto dictatas; & cōtinua ſubceſsione in Eccleſia Catholica conſeruatas; pari pietatis affectu, ac reuerentia ſucipit ac veneratur, & D. Hieronimus in epiſtola ad luciam, ego illud te breuiter admonendum puto: traditiones Eccleſiaſticas ita obſeruandas, vt a maioribus tradita ſunt; late magiſter Cano de locis Theologicis, lib. 3. c. 6. Simancas de Catholic. inſtitution. tit. 24. num. 40.

Vltimo hanc veritatem plus quam certiſsimam de- 8
monſtrat debotio qua ex omnibus vniuerſi partibus, vbi Chriſti Domini Euangelium fuit propagatum ad

hoc ſanctuarium peregrinatur, vt eius limina viſitentur: relicta dulci patria, propijs parentibus, propinquis, & amicis oblitis: quod vtique pro amore noſtri vnici Patroni, nec in Toloſa nec in alia mundi parte fieri videmus: quinimo ex tota Gallia quotidie viſitantur reliquiæ eiuſdem, quod non facerent habitatores ſi in propria patria tantum Theſaurum haberent; excuſando labores, in fortunia, calamitates, & perſecutiones, quas in peregrinatione patiuntur, obidque Pontifices quamplurimis priuilegijs munierunt hoc ſanctum ſepulchrum, concedendo indulgentias, & Iobileos, non ſolum viſitantibus, ſed etiam morientibus in peregrinatione: & inter omnes illum de quo ſermonem facimus, qui Iobeleus, & gratia, de nullo totius orbis ſanctuario refertur, niſi de Baſilicis Petri, & Pauli, vt in extrauagantibus de quibus mentionem fecimus, propter inſignes reliquias illorum, aliorumque ſanctorum, quorum ſanguine illa ciuitas mater omnium nationum, & gētium, illuſtris efficitur: lōge aliter quam Cæſarum tempeſtate.

9 Ex quibus non ſolum ignorantia craſſa, ſed perperam eſſet affirmare, corpus B. Iacobi Zebedæi Toloſæ, & extra Campū ſtellæ ſeu Compoſtellam requieſcere; cum tot authoritatibus, miraculis, Pontificum priuilegijs, alijſque quam plurimis Regum, non ſolum Hiſpaniæ, ſed etiam Frantię, exterarumque nationum, hoc certiſsimum ſit: quod omnes Hiſtoriagraphi noſtri, & exteri affirmant, & inter illa ſilentio nō eſt pręternmittendum pro confuſione illorum qui affirmant contrarium, priuilegium Chriſtianiſsimi Regis Fran-

ciæ Philipi 3. per quod præcipit, vt noſtræ Eccleſiæ Apoſtolicæ ſoluantur ſingulis annis 20. libræ Tornenſes, annui reditus, quarum quælibet continet quatuor dragmas, ad cereum ſeu cādelamque noctu, diuque, arderit coram noſtri Apoſtoli corpore, eius data Pariſijs anno Domini 1278. menſe Ianuario: quod vtique ei perceperat patruus ſuus Alfonſus Comes Toloſæ, & Franciſcus Galliæ Rex Chriſtianiſsimus, omnia priuilegia quę prædeceſſores conceſſerant huiuſmodi ſanctuario confirmauit: Cumque cum inuictiſsimo, & ſemper Auguſto Carolo 5. præliaret, & querella pro parte noſtræ Eccleſiæ ei proponeretur, quod dictæ libræ Tornenſes non ſoluerentur, pręcepit expreſſe decreto ſuo vt fieret, conſtat ex priuilegijs quę habentur in Gaçofilatio huius almæ domus.

Vnde conſequitur ſecundum, caput ſcilicet noſtri 10
Apoſtoli ſimul cum corpore requieſcere, & non Toloſæ: ex dictis probatur aperte, & ex epiſtola relata, Leonis 4. ibi noſcat fraternitas veſtra dilectiſsimi Rectores totius Chriſtianitatis, qualiter in Hiſpaniam integrum corpus beati Iacobi Apoſtoli territorio Galletiæ tranſlatum eſt; & in ſermone quem Calixtus 2. facit de tranſlatione B. Iacobi, ibi Venerandum eius corpus integrum ab Herode peremptum, Angelo Domini cōmitante per mare nauicula quadam ab Hieroſolimis in Gallætiā, nauigantibus diſcipulis ipſius per diuerſa etiam miraculorum experimenta tranſlatum eſt; idem probat hiſtoria Compoſtellana ſupra, qui.n. totum dicit nihil excludit, c. ſi Romanorum 19. diſt. cum vulgar. Nec obſtat fundamentum in contrarium

quod

quod ſcilicet Carolus Magnus Imperator,& Rex Gal-
liæ, quā adſportauit a noſtra Compoſtellana Eccle-
ſia, cum viſitaret limina ſua, poſt illam reuelationem
quā dicunt habuiſſe ab Apoſtolo vt pacificaret ſtrata,
& vias publicas,quibus peregrini de ambulabant vt tā-
tum Apoſtolum viſitarent: refert Turpinus Epiſco-
pus, fr. Alfonſus Benero in inquiridione temporum,
Baronius in annotationibus ad martirologium, quod
vtique ratione ſubſiſtere non poteſt,cum inuentio cor
poris noſtri Zebedæi fuiſſet 16.vel 20. annis poſt mor-
tem Caroli Magni,& ita expreſſe affirmat Archiepiſ-
copus Rodericus Ximenez,in hiſtoria Hiſpaniæ,lib.4.
c.10. Catholicus Rex Illefonſus Decimus, in hiſtoria
generali,3.p.c.10. Eguinard. eiuſdem Caroli ſecreta-
rius in eius vita. Adon. Archiepiſcopus Vienenſ. in
choronicon,ætate 6.Philipus Borgomens,in ſuplemē-
to choronicarum lib.11.Sigisbert,in choronicon.Ma-
theus Palmerius, in ſuplemento choronicon Euſeb
Genebrard.in ſuo; Ambroſius Morales,alijque grauiſ-
ſimi authores,& ex eis Maurus Ferrer,in hiſtoria Apo
ſtoli lib.3.c.2.vbi aducit huius veritatis alias rationes
fr.Ferdinandus Ojea,in ſua hiſtoria,c.25. Cum igitur
corpus noſtri Zebedæi inuentum fuerit poſt mortem
Caroli Magni, ex bona conſequentia ſequitur funda-
mentum in contrarium ridiculum eſſe, & pro conſtan
ti affirmandum caput Apoſtoli exiſtere cum corpo-
re,noluit.n.diuina Maieſtas cuius præordinatione om
nia hęc facta ſunt:vt diuideretur hoc theſaurum, & ita
peſamendum.Nec fundamento conſiſtit quod aliqui
dicunt; hoc caput retineri in monaſterio S. Badaſti

ciui-

ciuitate nouiliſsima Artoes, in confinibus Galliæ, & Alemaniæ inferioris, quod ſi vtique fuiſſet, nec habitatores Flandriæ, Galliæ, Alemaniæ, aliarumque nationum de quibus facit longam mentionem. S. P. Calixtus, viſitarent quotidie hoc ſanctuarium, prout faciunt, & experiẽtia omnibus compertum eſt. Tertium quod controuerti ſolet eſt vtrum caput quod religioſiſsime colitur, & veneratur in Relicario huius Apoſtolicæ Eccleſiæ, deferturque in proceſsionibus ſolemnibus ipſius, ſit noſtri Zebedæi, vel minoris? (fratris Domini appellati) & aliqui affirmarunt authoritate hiſtoriæ Cõpoſtellanæ, in fine primi libri: quod eſt noſtri Apoſtoli, refertur, n. ibi, quod tempore Catholici Imperatoris Hiſpaniæ Illefonſi, filij Catholicæ Reginæ D. Vrracæ, quidam Religioſus cum haberet reuelationem quod dictum caput exiſtebat prope Hieroſolimã, illud ſancto zelo furatus eſt & obtulit Reginę, quod ipſa poſuit in monaſterio, ſancti Soylis oppidi Carrionis, & poſt aliquod temporis interualum, illum miſsit Archiepiſcopo Didaco Gelmires, vt collocaret in iſto ſanctuario, ita ex Compoſtellana deduxit Villegas, alijque Hiſtoriographi. Sed ſine dubio decipiuntur, nec veritatem fuerũt aſſecuti; fortaſsis quia illam minime indagarunt, nec optime Compoſtellanæ verba perpenderunt cum ex dictis conſtet aperte, & ex ipſa, caput D. Iacobi maioris cum corpore requieſcere, ibi totum corpus cum capite, teſte Leone Papa nocturno tempore arripientes, &c. Et ipſe Leo vbi ſup. ibi noſcat fraternitas veſtra dilectiſsimi Rectores totius Chriſtianitatis, qualiter in Hiſpania integrum corpus beatiſ-

ſimi

ſimi Iacobi Apoſtoli territorio Galletiæ translatum eſt. Idem affirmauit Calixtus 2. in d. ſermone de tranſlatione Apoſtoli, ibi venerandum eius corpus integrũ ab Herode peremptum, Angelo Domini commitãte, nauicula in quadam ab Hieroſolimis in Galletiam nauigantibus diſcipulis ipſius, per diuerſa miraculorum experimenta tranſlatum eſt. Quod vt melius intelligas aduerte; quod tempore quo Calixtus 2. viſitauit hoc ſanctuarium, antequam Pontifex creatus eſſet, ea tempeſtate qua in illa reſidebat Comes Raimundus eius frater, pater Imperatoris Hiſpaniæ Illefonſi 7. vt ſupra dictum fuit; adhuc corpus glorioſiſsimi Apoſtoli omnibus patebat, & ita potuit teſtificare de integritate illius, prout ſupra, & nõ prætermiteret ſub ſilentio capitis defectus, cum præualeat cæteris membris, Fredericus de Senis conſ. 141. num. 3. Geminianus conſ. 32. num. 9. Quis. n. non irridebit, diſcipulos reliquiſſe Hieroſolimis caput Apoſtoli? tranſgrediendo eius voluntatem, cum in vltima quæ pro lege obſeruari debet, authentica de nuptijs, §. ſecundũ vero, verſic. diſponat colatione 4. l. 1. C. de SSS. & vtrobique DD. ante glorioſiſsimum eius martyrium præcepiſſet eis, vt corpus ſuum ad Hiſpaniam tumulandum transfretarent: qui cum feciſſent vt ſatis probatum eſt, non eſt credendum reliquiſse caput, quod ſimul cum corpore traditũ fuerat a Iudeis canibus deuorandum: ſummo. n. amore Apoſtolus Hiſpaniam diligebat, & ita in morte illum demonſtrauit. Nec Compoſtellana in loco ſupra relato contrarium dicit, cum non loquatur de capite Iacobi maioris, ſed generaliter de capite, quæ verba reſtringi

debent

debent (ſi bene aduertãtur) ad caput Iacobi minoris, fratris domini, qui fuit Epiſcopus Hieroſolimitanus, & Hieroſolimis martirij coronam fuit adeptus, ſimiliterque ſepultus, vt legitur in breuiario Romano eius feſtiuitate, ibi, nam is nonaginta ſex annos natus cum triginta annis illi Eccleſiæ ſanctiſsime præfuiſſet, Chriſtum Dei filium conſtantiſsime prædicans: lapidibus primum a petitur, mox. in altiſsimum templi locum aductus, inde præcipitatus eſt; qui confractis cruribus iacens ſemiuiuus manus tẽdebat ad celum, Deumque pro illorum ſalute de præcans, his verbis, ignoſce eis Domine, quia neſciunt quid fatiunt; qua in oratione grauiter eius capite fulonis fuſte percuſo, animã Deo reddidit, ſeptimo Neronis anno, & iuſta templum vbi præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Ex quo vnum ſingulariter nota; quod quando iſtud martirium ſucceſsit: iam triginta anni fuerant elapſi, poſt illud in quo paſſus fuerat noſter Zebedeus, & ita conſtat quod non de capite noſtri Apoſtoli, ſed Iacobi minoris locuta fuiſſet Compoſtellana, in loco ſupra relato, cum alibi dixiſſet vt retulimus, de capite & corpore Iacobi maioris, trãſlatis a Hieroſolimis in Compoſtellam, & fortaſsis diuina prouidentia, non ſine magna, voluit tranſportari ad noſtram Eccleſiam caput Iacobi minoris, vbi noſter Apoſtolus iacebat: tum propter cõſanguinitatem quæ inter illos erat, tum etiam quia vterque Hieroſolimis martyrium ſubierat, ſicut D. Petrus, & Paulus Romę, & ſicut reliquiæ Principum Apoſtolorum ibi ab vniuerſo orbe venerantur, ita in iſta Apoſtolica Eccleſia cineres Iacobi maioris, & minoris, ab omnibus Chri-

ſti fidelibus,ſumma cum reuerentia,& deuotione colerentur,quod cum reuelatum fuiſſet religioſo de quo mentionem fecit Compoſtellana, & vbi caput illud exiſtebat: quæſiuit, & ad inuenit, religioſoque animo furatus eſt, & poſtea Regna Vrraca ad iſtud ſanctuariũ miſsit: vbi receptum fuit a Didaco Gelmires, ſumma cum veneratione, & ab illa tempeſtate vſque adhuc in eodem conſeruatur,cumque populus Chriſtianus non poſſet corpore noſtri glorioſiſsimi Patroni frui,& potiri,lætatur tranſumpto præcioſiſsimo,in quo memoria eius repræſentatur ſolemnibus feſtiuitatibus, vbi ſumma cum maieſtate defertur in proceſsionibus: & ne pijſsime lector dubites de iſta veritate,referam tibi caſum Epiſcopi Sanmillam noſtris temporibus Tudenſis,notatu dignum,ijs. n. cum viſitaret limina huius ſanctuarij, & ingreſſus fuiſſet locum vbi caput dicti Apoſtoli cuſtoditur inter alias inſignes reliquias, maximopere dubitauit, an dictum caput eſſet Iacobi fratris Domini, qua in quæſtione ei oſtenſum & manifeſtum fuit, a Cardinali quodam relicario nomine Ioanne Ruiz de Durana,qui cum videret illud contuſum,& confractum, eo modo quo fuit a Fulone, pænitentia commotus,pronus in terram fleuit amare;ſuam proteruiam,& perfidiam deteſtans: Egoque poſſum teſtificari de alio caſu non minori admiratione digno; cum. n. offitium Relicarij in iſta Apoſtolica Eccleſia exercerem,ſimul cum Domino Antonio de Ciſneros, Archidiacono de Luou,& exoptaremus meliorare quibuſdam elemoſinis capſulam vbi conditur hoc prætioſiſsimum caput, & illud foras extrahi ad hunc effe-

ctum,

ctum, ſimul cum Doctore Franciſco de Villafañe, Canonico Magiſtrali, & Licenciato Illefonſo Lopez Lizeras, Canonico Fabricario, dum detegeremus caput & videremus illud cōfractum, ita pauore exterriti fuimus vt nullo modo auſi fuerimus accedere ad illud, & ita interim quod capſulam meliorabant artifices, vnus noſtrum ſemper illi interfuit. Cum igiutr tot inſignis reliquijs noſtra Compoſtellana Eccleſia ſit nobilitata, & illuſtrata, non eſt mirum quod nimio deuotionis affectu, & ardore, ex omnibus mundi partibus peregrinorum multitudo ad illam ob remiſsionem ſuorum peccatorum, animarumque ſalutem confluat, & vt propter tanti Apoſtoli merita eam conſequantur.

## GLOSSAE SEXTAE SVMmarium.

*Finis duplex in indulgentijs conſideratur: & qualis, num. 1.*

*Cauſa an neceſſaria ſit ad concedendam indulgentiam, 2.*

*Cauſa non ſolum iuſta, ſed etiam proportionata, an requiratur ad indulgentiam: & requiri cauſam piā probatur, 3.*

*Cauſa proportionata requiritur ad valorem indulgentiæ, 4.*

*Cauſa proportionata requiritur in indulgentijs cum limitatione, quæ explicatur, 5.*

*Indulgentia ſi conceditur ſine cauſa eſt nulla, 6.*

*Cauſa ſemper præſumitur in indulgentijs conceſſis, 7.*

*Cauſa Iobelei diui Iacobi refertur, & bulla interpratatur quo ad hoc, 8.*

*Cauſa proportionata in indulgentijs an debeat eſſe non ſolum reſpectu ipſius, ſed reſpectu meriti, & quomodo inteligatur, reijciuntur que ſententiæ Soti, & Venderini, circa hoc loquentes, 9.*

# GLOSSA SEXTA.

**Ob nimium deuotionis affectum: quem ad ipſum ſanctum tenuit, & ob tantorum innumerabiliumque peregrinorum.**

1 DVplicem finem in indulgentijs conſiderari affirmãt Theologi, intrinſecum ſcilicet, & extrinſecum. Intrinſecus dici poteſt effectus proximus eius, ſicut in omni actione, immediatus terminus eius eſt finis intrinſecus illius, ſic igitur remiſsio pœnæ eſt

eſt intrinſecus pænæ indulgentiæ: Vnde veriſsime dicitur indulgentiā concedi propter liberandum hominem a reatu pęnæ, vel a purgatorio: de quo aliquantulum diximus in 2. pręludio, & dicemus latius glo. ſequenti. Extrinſecus vero erit qui mouet concedentem ad indulgentiam præſtandam: de quo erit noſter ſermo in pręſenti, & in illo primo ſe nobis offert. Vtrum 2
ad concedendam indulgentiam neceſſaria ſit aliqua cauſa finalis quę moueat concedentem, & ratio dubitandi deduci poteſt ex eo quod indulgentia ſecum habet intrinſecum motiuum ſufficiens, quale eſt liberare proximum a tali miſſeria, ergo illud ſatis eſt, vt talis cōceſsio honeſte fiat, & a fortiori vt fiat valide. In contrarium autem eſt quia ſi huiuſmodi finis non eſſet neceſſarius vt conceſsio indulgentiæ ſit rationabilis, & prudens, poſsit Pontifex ſua voluntate expoliare purgatorium, vel omnibus recte confitentibus totum reatum pænæ remittere: eo tantum fine vt eos illo malo liberaret, hoc autem eſſet abſurdum igitur non eſt dicēdum. Concluſio tamen certiſsima ſit, neceſſariam eſſe cauſam aliquam honeſtam, ac piam, ob quam Pontifex indulgentiam expediat, eiuſque effectum cōcedat; quæ diſtincta ſit ab ipſo effectu, ſeu fine intrinſeco indulgentiæ: tex. in extrauaganti Vnigenitus de pænitentijs & remiſsionibus, verſ. quem quidem, ibi, & proprijs & rationabilibus, & verſ. volentes, ibi alijs iuſtis cauſis, c. cum ex eo 14. verſ. ad hæc de pænitentijs, & remiſſ. & in Concilio Conſtancienſi ſeſ. vltima, Martinus 5 coniungit illa duo verba, ex cauſa pia, & iuſta: D. Th. in additionibus ad 3. partem q. 25. 2. art. ad 1. Cor-

duba

dub.lib.5.q.22 Sot. repet. in id 2. Corinthio. 2. ego ſi cum donaui 3.membro principali,q.1.& diſt.21.q.2. art.1.concluſ.1.& art.2.Ledeſm.q.27.art.2. Petrus Soto de indulgentijs, lectione 2. Adrianus de indulgentijs concluſ. 2.Maior.diſt.20.q.2. Gab.lectione 57. litera P. dicit communem Theologorum Suar.diſputat. 54.ſect.1.num.2. Henriquez de indulgentijs lib. 7.c.14. num.1.Silueſter.verbo indulgentia,§.3.Palatius Rub. de iuſta retentione Regni Nauarræ 4.p. principali, §. 4.Nauar.de indulgentijs,notabil.15. num.1. 3. & 13. & not.31.num.31.Felin.in ſermone de indulgentijs.Ratio eſt quia hæc poteſtas data eſt Eccleſiæ in ædificationē, & non indeſtructionem ,conceſsio autem indulgentiæ ſolum propter ſe ipſam (vt ſic dicam)& ſuum effectum ſine alia cauſa eſſet indeſtructionem , & pernitiem fidelium;vnde nec in hac vita,nec in purgatorio pænas timerent, cum ſcirent poſſe illis Liberaliter condonari , ergo etiam ſi Chriſtus id expreſſe non declarauerit, poteſtas illa extrinſeca ratione ſua ſecum affert iſtam contradictionem.Prætera Deus ipſe licet ſit infinite miſericors, & liberalis, non ſtatim remittit omnem pænam temporalem , vt homines liberaret a tali miſeria, ſed in hoc ſeruat iuſtitiæ ordinem : ergo multo minus Pōtifex poteſt id facere nam in hoc ſegerit vt miniſter Dei,de quo infra qui tenetur voluntati eius ſeſe acommodare.

3 Dubitant tamen DD. vtrum ad indulgentiæ valorem,requiratur cauſa non ſolum iuſta , ſed etiam proportionata : in quo fuerunt diuerſæ opiniones.Prima fuit eorum qui exiſtimarunt , indulgentiam ex cauſa

pia

pia [illegible] pusilla ſit, validam eſſe omnino, ſeu inte-gre, quæ videtur fuiſſe D. Thomę in 4. diſt. 20. q. 1. art. 3. q. 2. vbi dicere videtur quantitatem effectus indul-gentiæ non commenſurari quantitati ſeu grauitati cau-ſæ; ſed quantacunque ſit indulgentia, totam eſſe vali-dam, ſi cauſa ſit pia, etiam ſi ſit minor: & ſolutione ad primum ait, ſi prælatus in ordinate concedat indul-gentias; ita vt homines quaſi pro nihilo ab operibus pe nitentiæ reuocentur peccat. (inquit) faciens tales indul gentias, nihilominus quis plenam indulgentiam con-ſequitur; eadem ſententia tribuitur Bonauenturæ diſt. 20. q. 6. vbi Richard. art. 5. q. 1. Durand. q. 4. Paludanus q. 4. art. 1. concluſ. 1. tenet ſuplementum Gabrielis diſt. 45. q. 3. art. 1. in princip. & art. 3. concl. 12. corol. [illegible] 7. idem ſentit Angelus verbo indulgentia num. 2. Siloeſt. num. 3. Michael Medina tract. de indulgentijs, quæſt. vltima in fine: fundamentum huius opinionis ſumitur ex Eccleſiæ cõſuetudine, nam videmus pro eadem cau ſa maiorem vel minorem indulgentiam, concedi, & ſæ pe pro leui cauſa indulgentiam concedi amplam: non erit autem pium nec tutum dicere has indulgentias te mere conceſſi, aut Pontifices decipi, aut vele decipere. Ratio reddi poteſt, quia ſi ſemper requireretur cauſa ad æquata, & fauor eſſet paruus, & difficilimũ pũctum ad ęquationis attingere, & cognoſcere: ergo ſatis eſt quod concurrat cauſa pia, & iuſta, vt Pontifices poſsint valide ſuo arbitrio indulgentiam taxare, quod confir-mat D. Thomas, ex eo quia theſaurus Eccleſiæ eſt prin-cipalis cauſa huius remiſsionis, præſertim quatenus cõ tinet abundantiam meritorum Chriſti, intentio au-

tem.

tem Chriſti & ſanctorum ſufficienter referuatur per
hoc quod ratio diſpenſationis, ſeu indulgentiæ, perti-
neat ad Dei honorem, & Eccleſiæ vtilitatem, in gene-
rali: ergo quæcumque ſit hęc ratio ſufficit ad integrum
valorem indulgentiæ. Hanc autem ſententiam limi-
tant aliqui, dicentes piam cauſam ſolam, non eſſe ſem-
per ſufficientem ad totum valorem indulgentiæ, poſ-
ſe tamen ſuppleri ex deuotione lucrantis indulgen-
tiam, quod mihi ſine fundamento videtur, cum deuo-
tio pænitentis non ſit cauſa indulgentiæ, vt ait D. Tho
mas. Secunda opinio eſt ad valorem indulgentiæ non
ſufficere cauſam piam, & honeſtam in ſe, ſed requiri
proportionatam effectui, ſeu quantitati, indulgentiæ;
hanc tenet aperte Albertus Magnus in 4. diſt. 20. art.
17. & eandem tenet ibi Bonauentura quæſt. vltima, ſi at
tente legas Ricard. art. 3. q. 1. Adrianus de indulgentijs
concluſione 2. Auguſtinus de Ancona de poteſtate Pa-
pę, q. 30. art. 5. Caietan. in opuſculo citato q. 1. & 2. latiſ
ſime Corduba q. 20. Ratio eſt quia cauſa iuſta, & pia,
ſemper requiritur in indulgentia, igitur debet eſſe pro-
portionata. Deinde quia cauſa iuſta & rationabilis re-
quiritur, ſed vt ea ſit rationabilis, non eſt ſatis eſſe ho-
neſtam, ſed neceſſe eſt eſſe rationi conſentaneam, nam
recta ratio euitat quicquid improportionatum eſt: vn-
de Innocen. 3. in d. c. cum ex eo de pænit. & remiſſ. ſu-
per fluas indulgentias indiſcretas appellat, id eſt irratio
nabiles, eaſque vt pernitioſas reprehendit: ſunt autem
ſuperfluæ illę quæ largius conceduntur quam cauſa po
ſtulat, etiam ſi pia ſit, ergo rationabilis vltra pietatem
requirit adæquationem, & proportionem. Simileque
argu-

argumentum poſt deſumi ex illa particula (iuſta) quæ adiungitur vltra pietatem, nam iuſtum non dicitur niſi quod eſt adæquatum, & proportionatū. Vltimo quia in illo quod conceſsio indulgentię excedit cauſam, cōceditur ſine iuſta cauſa pro ſola voluntate concedentis: ergo tantundem habet nullitatis, ſeu quo ad totum illum exceſſum non eſt valida: ergo vt ſit integra valida, requirit cauſam proportionatam.

In iſta tamen contrarietate magis probo ſecundam ſententiam, cum limitatione tamen, aliâs nimis ſcrupuloſa & riguroſa erit; illamque ſequendo in rigore raro acquieſceremus indulgentiarum conceſsionibus, cū difficile eſſet iudicare an cauſa indulgentiæ ſit adęquata, & proportionata: vnde hoc exiſtimo pendere ex arbitrio concedentis in quo iſta adæquatio phyſice non inſpicitur ſed moraliter. Nec ex contrario (meo iuditio) poteſt reddi nulla gratia, quia iſta proportio inter cauſam, & effectum indulgentiæ, nō conſiſtit in aliqua propria quantitate, vel æqualitate in ratione meriti, & præmij, vel ſatisfactionis, & remiſsionis, nec in aliqua alia ſimili commutatione: conſiſtit ergo in quadam ſolum prudenti eſtimatione morali illius proportionis, quæ ſeruari debet inter medium, & finem, ita vt illa cauſa cenſeatur adæquata indulgentiæ: ad quam obtinendam vel procurandam hic & nunc, penſatis omnibus circumſtantijs conceſsio talis indulgentiæ prudenter exiſtimatur medium proportionatum, & conueniens. Ex quo infero adęquationem hanc non conſiſtere in indiuiſibili, ſed habere latitudinē ſicut pretia rerum dicuntur habere latitudinem rigoroſi, moderati, & 5

 mitiſ-

mitiſsimi prætij, intra rationem iuſtitiæ, & æqualitatis, vel ſicut medium ad finem habet latitudinem boni, melliotis, & optimi, quæ cadunt ſub honeſta & rationabili electione, cum ergo hęc adæquatio moralis ſit, & ſecundum habitudinem medij ad finem, cōſimilem habebit latitudinem: vnde fieri poteſt vt maior & minor indulgentia propter eandem cauſam cōceſſa, ęque valida ſit, quia cōtineri poſſunt in prædicta latitudine ſi non ſit nimius exceſus. Vnde hæc æqualitas etiam ſi ſecundam opinionem ſequamur non eſt ſumenda ex re ipſa, ſed prout cadit ſub prudenti electione diſpenſantis, ita tenet Cordub. q. 6. de indulgentijs; & q. 22. vbi citat Sot. Caietan. & alios, & inſinuat Gerſo in tract. de indulgentijs conſideratione 9. non eſt. n. humanum in his rebus attingere ſemper puntum æqualitatis, & ideo non eſt veriſimile Chriſtum conceſsiſſe hāc poteſtatem cum tanta limitatione vt ſi in re ipſa non attingat veram æqualitatem nō operetur totum quod intendit, ſufficit. n. vt ſub regulis prudentiæ humanæ medium hoc iudicetur in præſenti, & nunc eligibile ſecundum rectam rationem ad talem finem, alioquim nunquam poſſent Pontifices prudenter abſolute promitere vel concedere tantam, vel tantam indulgentiam; quod confirmatur ex eo quia Chriſtus Dominus non plus petit a ſuo miniſtro, niſi vt fideliter, & prudenter theſaurum diſpenſet, iuxta illud Matth. 24. & Lucę 12. quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens; quinimo, nec inter homines plus requiritur vt geſta & diſpenſata ab aliquo Oeconomo valida ſint, l. Filiusfamilias ff. de donationibus vbi hoc notat Romanus, l.

cum

cum plures §.cum tutor ff.de adminiſtratione tutorũ, & ibi notant DD. Bald. in l.2. C. de dotis promiſsione Barth. in l.cõtra iuris §.1.ff. de pactis Palatius Rub. in repetitione rubricæ de donationibus inter virum, & vxorem §. 63.num.10.& 11.Menoch. Conſil.29. num. 3 lib.1.Tiraquel.in l.ſi vnqua verſiculo donatione largitus num.25. C.de reuocand. donat. Nec ſequitur ex quo cauſa expoſtuletur iuſta & rationabilis, quod debeat eſſe proportionata in rigore. Nec obſtat text.in c, cum ex eo de pœnitent & remiſsi, quia nos non probamus indulgentias indiſcretas, & irrationabiles, ſed illas quæ ratione nituntur iuſta, licet proportionata totaliter & adæquata non ſit.

6 Si autem ſine cauſa concederetur indulgentia, eſſet omnino nulla, Gloſſ.in extrauagãti Antiquorum verbo, & cõfeſsis column.4.de Pænitent.& remiſſ. D.Th. Adrian. & maior in 4. diſtinct. 20. Sot. in repetitione Epiſtolæ 2. ad Corinth. membro. 3. Silueſt. verbo indulgentia, quæſt. 7. Palatius Rub. de iuſta retentione Regni Nauarræ 4. p, §.4. Argomanas de indulgentijs, conſideratione 7. & 9. Nauar.de indulgent.not.15.nu. 3.& 4. Suarez diſputat. 54. ſeſsio. 2. & eſt communis Theologorum, & iuriſperitorum. Ratio eſt quia ſummus Pontif.non eſt Dominus, ſed diſpenſator tantum Eccleſiaſtici theſauri, iuxta illud 1. Corinth.4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, & 1.Petri 4. Sicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, & ita non poteſt pro ſuo arbitrio ſine cauſa indulgentiam concedere, quod vtique de ſe fatentur Pontifices, ita expreſſe declarauit Cle-

mens VI. in Clemētina Vnigenitus, de pænitentijs, & remiſſ. Leo X. in epiſto. citata ad Caietanum, & indicatur in Conſilio Conſtantienſi ſeſſ. vltima, dum dicitur ſuſpectos de hæreſi interrogandos eſſe an credāt habere Pontificem poteſtatem ad concedendum indulgentiam ex cauſa rationabili.

7 Vnum tamen meminiſſe licebit, ſemper in huiuſce modi Iobeleis, & indulgentijs iuſtam præſumi regulariter ſubeſſe cauſam, argument. text. in c. cum inter 13. in fine, ibi: præſumitur rite per omnia celebrata de re iudicata, l. Herenius Modeſtinus 63. ibi, & vanam cauſam ff. de euictionibus iuncta gloſſ. ibi, docet Caietanus de indulgentijs, c. 4. verſ. oppoſitum Sot. in 4. queſt. 1. diſt. 21. art. 2. colum. 5. Enriq. de indulgentijs lib. 7.

8 cap. 14. num. 4. Ex quibus omnibus ſatis intelligi poſſunt verba noſtræ gloſſæ, in quibus aſsignatur a Pōtifice cauſa iuſta, rationabilis, & adæquata, ſi fortè expoſtuletur noſtri Iubelei, cum eadem inueniatur in Iobeleo Romano, vt conſtat ex extrauagantibus toties citatis de pęnitentijs & remiſſ. cum ea ſit deuotio ob quā ex totius mundi partibus peregrini dimiſsis parentibus, amicis, liberis, patria, & alijs temporalibus per mare, terras, quæ quotidie confluunt in numero copioſo ad iſtam Apoſtolicam Eccleſiam, vt in eadem ſe recognoſcant Chriſti muneribus refectos, quod iterum repetit Alexander in ſua conceſsione.

9 Sed adhuc dubitabit aliquis, quod proportio non ſolum debet eſſe reſpectu cauſæ indulgentiæ, ſed reſpectu meriti, & ita magis mœrebitur qui ex longinquis locis peregrinauerit, quā ex propinquis, & maius opus charitatis,

ritatis,vel pium fecerit,pro quo pondero textum in d. extrauagandi Antiquorũ verſiculo vnuſquiſque, ſicuti econuerſo, pro menſura peccati debet eſſe plagarũ modus, & pæna debet eſſe proportionabilis delicto. Deutheron.cap.25. l. Sancimus C.de pænis vbi notant DD. Vnde videtur quod non omnibus æqualiter noſter Iobeleus debet concedi, ſed reſpectu maioris, vel minoris peregrinationis; Huiuſmodi tamen difficultati reſpondetur, quod indulgentia aut in cõmuni, aut in particulari conceditur, ſi in communi; ſit ad ſimilitudinem legis, quæ vſque ad totius orbis limites vbi Euangelij notitia eſt porrigitur, & omnibus communis eſt. Et ſicut in danda lege, & eius effectus tribuendo,non habetur ratio maioris,vel minoris,ſed omnibus æqualis eſt, c.erit autem, lex 4. diſtinct.cap.1.de coniugio ſeruorum c.fin. in fine de ſtatu Monachorũ, c.nouit 13.verſic.Cæterum de iuditijs, regula in iuditijs,de regul.iuris,lib.6.Deuterono. c. 1. l.hos accuſare, in fine ff.de accuſation. docet D.Thom.2.2.quæſt. 63.art.1.cum ſequentib. Sot.lib.3. de iuſtitia, quæſt 6. art,1. Siluester.& Caietanus in ſuis ſummis, verſic acceptio DD.in dictis iuribus, ſic enim circa indulgentiam quæ in communi conceditur non habetur ratio perſonarum: cuius exemplum extat in noſtro Iobeleo. Si vero in particulari conceſſa fuerit indulgentia,habet rationem perſonarum, & ſecundum conditionem earum debet concedi, & conſiderari cauſa, ex dict. cap. Cum ex eo de pænitent.& remiſſ.d. extrauaganti. Vnigenitus ibi,nunc pro totali, nunc pro partiali, reſoluit Adrianus de indulgentijs concluſ. 2.verſ. reſpondeo, Caiet.

Caiet, eodem tract. c. 4. verſ. impoſitum, & cap. 8. prope fin. Nauarr. dict. notabili 15. num. 3. Vel aliter reſponde, quod quamuis opus in indulgentiæ ſit paruum; & defatigatio itineris minima, adhuc viſitantes noſtram Eccleſiã lucrabuntur indulgentiã totam; quia in illia concedenda magis conſideratur charitatis feruor, deuotionis amor in Deum, vel dolor de peccatis, tantus quantus erat in Romani Pontificis intentione, eas indulgentias concedentis, pro quo expendo verba noſtræ bullæ: ibi, ob nimium deuotionis affectum, & ibi huiuſmodi deuotionis cauſa, & iterum pro ſingulari beati Iacobi deuotione & ita hoc debet intelligi quantum ad vim ſatisfactionis pro pænis debitis, quæ ex indulgentia conſequitur, non vero quantum ad vim meriti, quia indubitati iuris eſt quod magis mæretur, qui ex longinquis terris peregrinando venit viſitare iſtam Eccleſiam, quam qui commoratur in iſta ciuitate, ita Sot. in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 1. & ex eo. Emanuel Rodrigues in explicatione cruciatæ §. 9. 15. dubio in fin. diximus ſupra glos. 6. primo dubio.

Vnde infero, cauendum eſſe a Dominico Soto in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. Quatenus firmat ſe dubitare de indulgentijs conceſsis nobilibus, & magnatibus, vt pro viſitatione Eccleſiæ, Capellæ vel Altaris (vt ſæpè fit) vel alio ſimili paruo opere faciendo magnam indulgentiam conſequantur, quia quamuis opus ſit exiguum, charitatis feruor, & deuotionis amor, illud ſupplet. Secundo infero ex eadem ratione non eſſe veram & a ratione omnino alienam opinionem Gerſonis de indulgentijs, ſecunda parte titulo de abſolutione Sacramentali

cramẽtali §.quæſiti Maioris in 4.diſt.20. quæſt.2 co-lumna penult. Adriani ſupra concluſione 2. Venderini in 4.diſt.45. pag.213. aſſerentium veras non eſſe tabellas in Eccleſijs, vel alijs pijs locis diffuſas, ſeu pendentes, vt recitantes aliquam vel aliquas ſtationes, vel humiliantes ſe coram eis, vel aliud ſimile facientes tot millia annorum indulgentiæ conſequantur, cum tam exiguum opus non ſit ea largitate dignum; Quorum opinio plane cõuincitur, nam quamuis paruum ſit, & exiguum opus, ſi tamen concurrat maximus dolor de peccatis, & alia de quibus ſupra proxime, non eſt dubitandum quin omnes illos indulgentiæ annos pro paruo illo opere lucrentur.

## GLOSSAE SEPTIMAE Summarium.

*INdulgentias poſſe Eccleſiam concedere negarunt quamplurimi hæretici, & referuntur, nu. 1.*

*Indulgentias poſſe Eccleſiam concedere eſt propoſitio de fide, & Catholica; quæ poteſtas a Chriſto data fuit, & interpretatur locus Matthæi 16. Quodcumque ligaueris 2.*

*Indulgentias concedendi poteſtas ſoli Petro, & ſucceſſoribus fuit per ſe, & immediate tradita, ab ipſiſque inferioribus communicata. 3.*

Locus

*Locus Matth. 18. & 16. interpretatur. 4.*
*Paſtoris offitium quale ſit. 5.*
*Indulgentias concedendi poteſtas, an ſit ordinis, vel iuriſdictionis. 6.*

# GLOSSA SEPTIMA.

## Voluit ſiquidem, & ibi conceſsit inſuper.

1 ANtiquus fuit apud nonnullos Hæreſiarcas peſtilentiſsimus error, negans eſſe in Eccleſia poteſtatem concedendi indulgentias, ita docuerunt Vbaldenſes, quos ſequti ſunt Ioannes Vvicleph, Ioannis Hus, Hieronymus de Praga, vt conſtat ex Concilio Cõſtantienſi ſeſſ. 8. 15. & 19. Sed præcipuus author huius hæreſis eſt Lutherus, qui occaſionem ſui erroris, & omnium hæreſum quas in Eccleſia ſeminauit ſumpſit ex affectu impugnandi indulgentias, & poteſtatem illas concedendi, quem concepit ex immoderato auaritiæ affectu, vt hiſtoriæ noſtri temporis paſsim referunt, & authores qui contra ipſum ſcripſerunt, Roffenſ. art. 17. & ſequentib. Ioann. Echius, in Inquiridione loco 24. Hoſsius in inſtitutionibus, cap. 48. Iacobus Latomus art. 7. contra Lutherum, Lindanus lib. 4. Panopoliæ cap. 73. Caſtro aduerſus hæreſes verb. indulgentiæ.

gentiæ. Sed contra iſtum peſtilentiſsimum errorem procul dubio tenendum eſt, ſcilicet eſſe in Eccleſia poteſtatem concedendi indulgentias, per quas remittantur fidelibus pænæ pro peccatis remiſsis debitæ apud Deum; quam poteſtatem a Chriſto Domino Eccleſia accepit, quæ aſsertio eſt de fide, quam ſupponit Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 9. de reformatione, vbi indulgentias cæleſtes theſauros appellat; clarius ſeſsio. 25. in decreto de indulgentijs id docet, ibi: cum poteſtas conferendi indulgentias a Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, & infra eos anathemate damnat qui indulgentias aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant; quod multipliciter probāt DD. relati Suar. de indulgentijs diſput. 49. ſeſſ. 1. & omnes qui de indulgentijs tractant, præcipuè ex illo loco Matth. 16. Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatū & in cælo, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū & in cælis. Ex proprietate enim & amplitudine iſtorū verborum apertè colligitur, ſunt enim verba vniuerſaliſsima quæ ex viſua omnem actum includunt qui ad aperiendam ianuam regni Cælorū poſsit eſſe accommodatus, ideoque, non ſolum includit poteſtatem ſoluendi a præceptis, & obligationibus, ſed etiam ab omnibus vinculis, & impedimentiſque niſi tollantur, non poteſt intrari in regnum Cælorum, ideoque non dicitur quæcumque ſolueris, ſed quodcumque ſolueris, ideſt quodcumque vinculum, vel impedimentum regni cælorum abſtuleris, merito ergo ſub prædicta po poteſtate comprehenditur in præſenti actus remittendi pænas per indulgentias, quia reatus pænæ tempora-

lis eſt vnum ex impedimentis, & vinculis; quæ detinent fideles ab ingreſſu regni cæleſtis, quam intelligentiam maxime confirmat Eccleſiæ traditio, quæ eſt optima legum, & ſacræ ſcripturæ interpres.

3 Hæc vero poteſtas concedendi indulgentias, ſoli Petro eiuſque ſucceſſoribus fuit per ſe, & immediatè tradita, vt conſtat ex dict. loco Matth. 16. c. quodcumque 24. quæſt. 1. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. & ita ex diuino iure ei competit, omnis enim poteſtas iuriſdictionis ordinariæ, & perpetuo duraturæ in Eccleſia, ſoli Petro fuit commiſſa immediatè: per ipſum vero & eius ſucceſſores, alijs communicatur pro ſua iuriſdictione tantummodo, cap. nullus 1. & 2. cap. 1. cap. ſignificaſti, de foro competenti, & non ſolum in Epiſcopos deriuata eſt, ſed in inferiores Eccleſiaſticos, ita intelligo & interpretor text. in cap. decernimus de iuditijs, ibi: Abbates. & alij Eccleſiarum prælati, vbi notant DD. cap. auditis, cap. cum ex offitij, cap. cum olim, cap. veniẽs, de præſcription. & ita receptum eſt: Vnde D. Thom. in 4. ſententiar. diſt. 20. quæſt. 4. art. 4. ad 3. & diſtinct. 24. in 2. ſententiar. diſtinct. vlti. quæſt. fina. dicit quod Petro fuit data poteſtas ligandi, & ſoluendi, ordinis, & adminiſtrationis, iuriſdictioniſque, ac regiminis, & Apoſtolis etiam ſunt datæ claues ligandi, ſoluendi iuriſdictionis, ſed iuriſdictionis dependentis a Petro, cap. ita Dominus 19. diſtinct. cap. fundamenta, de electio. lib. 6. & ponit Archiepiſcopus Florentinus in 3. part. ſummæ, art. 23. art. 4. §. 7. de poteſtate iuriſdictionis, latæ examinat Cardina. a Turre Cumat lib. 2. de poteſtate Papæ, a cap. 70. vſque ad 80. Latæ Petrus de Palud. in

tractat.

tractat. de poteſtate Eccleſiæ. Cardinalis Iacobatius Latius de Conſilijs lib.10.§. in contrarium tamen, Belarminus in tractat. de Roman. Pontifice, lib. 1. cap. 15. Marta de iuriſdict. part. 1. cap. 23. num. 10. & ita a fortiori idem dicendum eſt de poteſtate concedendi indulgentias; hoc ipſum colligitur ex c. cum ex eo, cap. noſtro, de pænitent. & remiſs. vbi Pontifex præſcribit, & moderatur indulgentias quas Epiſcopi, vel Archiepiſcopi poſſunt concedere, & eadem ratione poſſet Pontifex illam poteſtatem omnino auferre, ſi expedire iudicaret, nec magis repugnat iuri Diuino vnum quam aliud. Sed contra iſta, grauiter obſtant 4
verba Matth. 18. cap. ibi: quæcumque ligaueritis, & quæcũque ſolueritis, quæ verba æquè vniuerſalia ſunt ſicut ea quæ dicta ſunt Petro, Matth. 16. Ergo non eſt cur hæc poteſtas magis ex his verbis quam ex illis colligatur. Reſpondeo tamen imprimis illam ſingularem promiſsionem factam Petro, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, apertè indicare ſingularem excellentiam poteſtatis Petro conceſſæ, ad diſpenſandas diuitias immortalitatis, vt dixit Ambroſ. ſermon. 66. Maxim. homil. 5. ſanctorum Petri, & Pauli, & notauit Origines, homil. 6. in Matthæum. ponderans ſingula verba promiſsionis factæ Petro. Vnde vlterius concedimus vtraque verba prout ſonant eſſe vniuerſaliter intelligenda, tamen cum debita proportione iuxta circumſtantiam loci, & ſermonis, illa ergo verba dicta Petro, omnem perfectionem Eccleſiaſticæ poteſtatis comprehendit, quia dicta ſunt, ad explicandum ſummum

principatum illi promiſſum, in vniuerſam Eccleſiam, vt notarunt D. Patres & Chryſoſtomus homil. 55. in Matthæum & Gregor. lib. 4. epiſt. 32. Leo Papa epiſt. 84. & 89. alij que frequenter, in loco vero Matth. 18. Chriſtus dixit illa verba occaſione eorum quæ immediate præceſſerant, ibi: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnichus & Publicanus, vt enim oſtenderet futuram eſſe in Eccleſia poteſtatem excommunicandi rebelles, ſubdit, ibi: quæcumque ligaueritis ſuper terram, &c. Ex vniuerſali Eccleſiæ poteſtate ad ligandum, & ſoluendum, colliges illum peculiarem actum excommunicandi, atque in hoc ſenſu verum eſt etiam illa verba intelligi de vniuerſali clauium poteſtate, non explicat autem ibi Chriſtus Dominus apud quem futura ſit hæc poteſtas, ſed tantũ quod in Eccleſia futura ſit. Quomodo autem futura ſit, ex alio loco Matth. colligendum eſt. Vnde cum in d. c. 18. in plurali dicitur quæcũque ligaueritis ſuper terrã, quantum ad poteſtatem ligandi & ſoluendi omnia in vniuerſum comprehenduntur quæ ſub tali poteſtate cadunt, ita vt tam late pateat ſignum illud diſtributiuum quæcumque, ſicut aliud ſimile, quodcumque, Matth. 16. Quantum vero ad eos per quos exerceri poteſt hæc poteſtas diſtributio ſit accommodata: ita vt iuxta poteſtatem vnicuique conceſſam, vel participatam, quod vnuſquiſque ligauerit, vel ſoluerit ritè ſuper terram, ſit ligatum, vel ſolutum & in cælo, atque ex hoc loco hoc modo poteſt probari poteſtatem concedendi indulgentias eſſe in Eccleſia, ſeu Prelatis eius, ſiue ſit immediate a Chriſto in vno, ſiue in multis, ita Suar. diſput. 49. ſect. 1.

ſect. 1. num. 14. & 15. ex quo loco Euangelij poteſtas promiſſa Petro Matth. 16. fuerit ei data; vbi in ſumma concludit, quod ei data fuit Ioann. 21. cum dixit, paſce oues meas, vbi incluſit omnem actum iuriſdictionis, qui ad claudendum, vel aperiendum Regnum Cælorum conferre poteſt.

Paſtoris enim cura eſt nō tantum paſcere, ſed gubernare, cap. quamuis de regul. iur. Item paſcere contingit ſpiritaliter, & temporaliter, cap. inter cætera de offitio ordinarij, vnde lib. 1. Paralipom. cap. 11. Dauidi dictum fuit, tibi enim dixit Dominus Deus tuus, tu paſces Dominum meum Iſrael, & tu eris Princeps ſuper eum, idem habetur 2. lib. Reg. cap. 5. Et ita D. Petrus non tantum recepit poteſtatem ligandi, & ſoluendi, & ſic ordinis, ſed etiā iuriſdictionis, & ſuperioritatis in omnes, quia nemini Apoſtolorū reperitur dictum paſce oues meas niſi Petro, & ſolum illi dictum eſt tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. 5

Non inmerito tamen quis dubitabit, an iſta poteſtas ſit ordinis vel iuriſdictionis? Verè tamen & reſolutiue dicendum eſt, poteſtatem concedendi indulgentias, nec per ſe, ac formaliter conſiſtere in aliqua poteſtate ordinis, nec neceſſario illam præſupponere, aut requirere, hæc eſt communis ſententia Theologorum, cum D. Tho. in 4. diſt. 20. quæſt. 1. art. 4. quęſt. 2. vbi, Paluda. quæſt. 4. Sot. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4. Caieta. opuſc. de indulgent. ad Iul. cap. 2. Nec Durand. audet omnino diſſentire, nam fatetur ex conſuetudine Eccleſiæ Romanæ hoc haberi, in quo etiam noſtrates conueniunt, vt Calderinus & Panormi. quos refert & ſequitur Sil- 6

ueſt. verbo indulgentia num.13. Ratio a priori eſt, quia ex vi ſolius poteſtatis ordinis, nemo habet ſubditos, nullus autem poteſt indulgentias concedere niſi ſubditis, cap. quod autem de pænitent. & remiſſ. Vnde eſt quod poteſtas hæc per ſe, augeri poteſt; vel minui, ſeu moderationem recipere, iuxta cap. cum ex eo de pænitent. & remiſſ. cap. Romana eodem titu. in 6. Poteſtas vero ordinis per ſe non poteſt reſtringi aut limitari, ſed hoc eſt proprium poteſtatis iuriſdictionis, ergo ſignum eſt hanc facultatem non conſiſtere in poteſtate ordinis; quod adeo verũ eſt, vt etiam ſi Prælati Eccleſiæ non ſint conſecrati, ſed tantum electi, & confirmati, eis competat, argument. text. in cap. noſti 9. & in cap. transmiſſam 15. de electio. gloſ. verbo Epiſcopi, in Clementina & ſi principalis, de reſcript. cap. eam te, 7. de reſcriptis, ibi: nec eſſe adhuc in Epiſcopũ conſecratus, ea enim quę ſunt iuriſdictionis, ante conſecrationem competunt, ex iuribus proxime relatis reſoluit Innocenc. & communis per text. in d. c. tranſmiſſam teſte Nauar. de indulgentijs notabil. 31. num. 4. Felin. in ſermone de indulgentijs, col. fin. Selua de benefitijs 1. part. quæſt. 2. Auguſtin. de Ancona de poteſtate Eccleſiæ cap. 29. Pauinus tract. de poteſtate Capituli ſede vacante, 2. par. quæſt. 4. Didac. Perez 1. par. ordinamenti col. 263. His conſequens erat diſputare quæ perſonæ extra Pontificẽ indulgentias poſsint concedere; attamen quia hoc magis pertinet ad illos qui ex profeſſo tractant materiam indulgentiarum, in illo ſuper ſedeo, quia hoc ſufficit pro declaratione noſtræ gloſſæ, & mei inſtituti.

GLO

# GLOSSAE OCTAVAE ſummarium.

*Fideles non dicuntur non baptiſati, & ita ante baptiſmum non eſt neceſſaria indulgentia, nu.* 1.

*Habitatores ciuitatis Compoſtellanæ, an lucrentur D. Iacobi* Iobeleum; *controuertitur, & ſubſtinetur pars affirmatiua.* 2.

*Indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiam, non meritum proprium, & ita in illis conferendis non attenditur principaliter quantitas operis.* 3.

*Peregrini qui medio itinere ob infirmitatem, mortem, ſeu aliud impedimentum limina diui Iacobi non viſitarunt, an eius Iobeleum conſequantur? Refertur pars affirmatiua.* 4.

*Peregrini qui propter impedimentum poſt iter cæptum non peruenerunt ad Eccleſiã diui Iacobi* Iobeleum *non conſequuntur.* 5.

*Indulgentia quoties conceditur ſub aliqua forma, & vt certum aliquid opus fiat, non poteſt lucrari ſine tali opere.* 6.

*L. cum hæres §. ſticus 1. ff. de ſtatu liberis, l. fin. C. de conditionibus inſertis interpretantur.* 7.

Iobeleus

Iobeleus diui Iacobi ſolum eſt ſimilis Romano quoad indulgentias, non quoad alia. 8.

Voluntas pro facto quomodo intelligatur in Sacramentis, voto, & Iobeleo. 9.

Religioſi qui obſeruant perpetuam clauſuram, & carceribus detenti an lucrentur Iobeleum D. Iacobi controuertitur, & refertur pars affirmatiua. 10.

Religioſi qui ſeruant perpetuam clauſuram, & incarcerati, non lucrantur Iobileum diui Iacobi, quod probatum diuerſis fundamentis. 11.

Indulgentia inter viuentes an poſſit ab vno per opus factum ab alio comparari, controuertitur. 12.

Opus aliquod poteſt fieri per alium tanquam per inſtrumentum quod nomine alterius operatur, vel miniſterialiter exequitur, & an applicetur iſto modo ad indulgentias? 13.

Opus aliquod pietatis poteſt fieri per alium tanquam per propriam cauſam proximã ipſius operis, quamquam alterius rogatu, vel incommodum eius id fiat, & an poſſit verificari in indulgentia. 14.

Indulgentia an lucretur pro opere facto ab alio, taliter quod ipſe operans non lucretur ſibi, ſed alteris. 15.

Indulgentia an lucretur per alium, vel non, dependet ex gratia concedentis. 16.

Iobe

Iobeleus diui Iacobi per propriam perſonam lucrari debet, & non per alium. 17.
Iobeleus diui Iacobi non poteſt lucrari à defunctis, & an indulgentiæ poſsint defunctis concedi? intelligitur que Bulla noſtri Iobelei. 18.
Indulgentia an per modum ſuffragij concedi poſsit defunctis? in quo certiſsimum eſt concedentes nec per modum ſuffragij eas extendere poſſe ad Cælicolas, ad pueros in Lymbo detentos, nec ad omnino damnatos. 19.
Animæ purgatorij non ſunt in ſtatu orandi, aut merendi pro ſe ipſis, nec poßunt in gratia & charitate creſcere. 20.
Indulgentiæ non poßunt extendi ad animas purgatorij. 21.
Indulgentiæ per modum ſuffragij poſſunt prodeſſe defunctis. 22.
Matth. locus cap. 16. ibi: Quodcumque ligaueris interpretatur. 23.
Apocalypſis locus cap. 14. ibi, opera enim illorũ ſequuntur illos intelligitur. 24.
Hieronymi locus relatus in cap. præſenti 13. quæſt. 2. enucleatur. 25.
Indulgentiæ per modum ſuffragij proſunt defunctis, quãdo id declaratur a Pontifice, & non alias. 26.

*Iobeleus diui Iacobi non extenditur ad animas purgatorij.* 27.
*Indulgentiæ per modum ſuffragij, quomodo differant ab illis quæ conceduntur per modum abſolutionis, remiſsiue.* 28.
*Concedens indulgentiam, an poſsit eam lucrari?* 29.

# GLOSSA OCTAVA.

Conceſsit inſuper omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus fidelibus.

1 HAec verba nos inuitant ad cognoſcendum quæ perſonæ poſsint frui noſtro Iobeleo, & ſuppoſito principio, quod fideles non dicuntur qui Baptiſmi ianuam non fuerunt ingreſsi, cap. veniens de Presbytero non baptiſato, vbi notant ſcribentes ante baptiſmum non eſſe neceſſaria indulgentia, quia per illum tota culpa peccati originalis, & tota culpa, & pœna peccati actualis, ſiue mortalis, ſiue venialis, ſine vlla alia ſatisfactione remittitur, & condonatur, iuxta illud ad Roman. 11. ſine pænitentia ſunt dona & vocatio Dei, relatum in cap. ſine pœnitentia de conſecratione diſt. 4. vbi gloſ. verbo ſine pænitentia exponit, ſine ſatis

ſatisfactione, in quo D. Ambroſius cap. 11. ſuper epiſt. ad Roman. inquit; gratia Dei in baptiſmate non requirit gemitum, non requirit plantum, vel opus aliquod, ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat, cap. 1. cap. 2. cap. non poteſt. cap. quod autem, cap. ex quo, cap. filius, cap. per aquam, cap. nunquam, cap. propriè, cap. non illud, cum alijs multis de conſecratione diſtinct. 4. Trident. ſeſ. 7. de Baptiſmo Canone 1. cum ſequent. c. Mauris, & per totum de Baptiſmo D. Tho. 3. part. q. 69. art. 1. cum ſequentibus, & in 4. diſt. 6. vbi. Sot. qu. 1. art. 1. Martinus Ledeſm. quæſt. 50. & omnes ſummiſtę de Baptiſmo diſputantes; & quod indulgentia ſolum lapſis poſt Baptiſmum concedatur, indicant verba Gregor. XIII. in ſuo motu proprio, de anno ſancto, ibi: poſt regenerationis lauacrum, quæ pondero ad propoſitum tenet Nau. in expoſitione eiuſdem, de anno Iobelei eodem verbo; An autē cathecumeno poſſit quęri indulgentia etiā habenti gratiam quęſitā per contritionem, & baptiſmum flaminis, iuxta, cap. non dubito de conſecrat. diſt. 4. cap. debitum de Baptiſmo aliqui negant. Sed contrarium verius videtur per ea quæ dixit Nauar. notabili vltimo de Iobeleo nu. 48. contra Auguſtinum de Ancona, ſcilicet Cathecumenos non dum baptiſatos ſubeſſe ſummo Pontifici quo ad multa, licet non quo ad tot. quot baptiſatus, ita Sot. in 4. diſt. 21. quæſt. penult. art. penult. & omnis habens gratiam Dei poteſt quærere indulgentiam, quamuis noſtram non poſſet propter verba noſtri Iobelei, verè pænitentibus & confeſſis; vt in ſimili tenet Nauar. in explicatione Bullæ Gregor. 13. num. 10. Primo ſe ſe nobis of-

fert, quod aliquando vidi controuerti, ſcilicet vtrum commorantes in iſta Ciuitate indulgentiã iſtam conſequantur? Et ratio dubitandi oritur ex extrauaganti Antiquorum de pœnitent. & remiſſ. ibi ſtatuentes, vt qui voluerint huiuſmodi indulgentiæ a nobis conceſſæ fieri participes, ſi fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis ſeu interpolatis, & pſaltem ſemel in die, ſi vero Peregrini fuerint, aut forenſes, ſimili modo diebus quin decem ad Baſilicas eaſdem accedant: quod idem dixit Greg. XIII. in Bulla eiuſdẽ Iobelei, expedita anno 1575. Si enim hoc exprimere neceſſe fuit in Romano Iobeleo? Et in Compoſtellano, idem affirmandum videbatur, & ex conſequenti, cum in noſtra Bulla non reperiatur, de peregrinis debet intelligi, & non de Incolis. Contrarium tamen procul dubio tenendum eſt, ſcilicet quod habitatores huius Ciuitatis, & Suburbani, hanc indulgentiam conſequantur, tũ propter verba generalia noſtræ Bullæ, ibi omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus fidelibus, quæ iterum repetuntur infra ab Alexand. III. ibi, & vt ipſi Chriſti fideles, in eadem ſe recognoſcant Eccleſia Chriſti muneribus refectos; & ibi plenariam indulgentiam annuatim conſequantur viſitantes præfatam Eccleſiam, verba enim generalia generaliter ſunt intelligenda, l. 1. §. generaliter ff. de legat. præſtandis, & qui omne dicit, nihil excludit, l. ſi quis ff. de peculio legato, l. ſi cui ſeruo omnis ff. de legat. 1. Ruinus conſ. 73. num. 19. & ſeq. Signorolus conſ. 82. in quæſtionib. num. 8. verſ. venio ad tertium Oldrald. conſ. 300. num. 6. Roland. a Valle conſ. 61. num. 10. verſic. 2. facit lib. 3. Curtius iunior

nior conſ.44. num.2. Alexand. conſ.68. viſis & opportune lib 5. per totum, vbi Apoſtilla verbo omnia. Tum quia Iobeleus noſter conceſſus fuit ad ſimilitudinem Romani, & eodem modo & forma, vt conſtat ex verbis Calixti, ibi: vt omnes & ſingulas illas peccatorum indulgentias, & remiſsiones etiam plenarias, quas viſitantes Eccleſias, & Baſilicas vrbis & extra vrbem anno Iobelei conſequebantur, &c. Et ex Alexand. deciſ. ibi: eidē modo, & forma quo Romana Eccleſia habet, & ita vtriuſque eadem debet eſſe diſpoſitio l. illud ff. ad l. Aquileam, l. à Titio ff. de verb. oblig. illa enim quæ in radice, & cauſa conueniunt, cõueniunt etiã in effectu, l. de quibus vbi notant Angelus & DD. ff. de legib. & de ſimilibus idem eſt iuditium, cap. inter cæteras, de reſcript. cap. tranſlato, de conſtitutionibus, cap. in cauſa de re iudicata, cum vulgarib. Denique quia beneſitiũ Principis latè, & non ſtrictè eſt interpretandũ l. fin. ff. de conſtitutionib. Principum; vbi notant DD. Abba. conſ.101. in quæſt. in fine, num.11. lib.1. Alexand. conſ. 160. Viſo temate nu.3. verſic.2. præſuppono lib.2. quod adeo verum eſt, vt temerarium & abſurdum ſit liberalitatem Principis in diminutionem velle interpretari, l. hac ſaluberrima. C. de agenti in rebus, vnde etiam ad perſonas debet extendi, Oldrald. conſ.300. in principio, incipit factũ tale eſt magiſtro. Cum igitur Iobeleus diui Iacobi omnibus Chriſti fidelibus concedatur, etiam ad Incolas extendi fateri neceſſe eſt, quibus adſtipulatur quod nunquam vidimus indulgentiam conceſſam alicui loco, vt illa fruerentur peregrini, & interdictam Incolis qui propter habitationem non de-

bent eſſe peioris conditionis. Sot. in 4. diſt. 21. quæſt. 2.
art. 1. & ex eo Emanuel Rodrig in explicatione Bullæ
§. 9. dub. 8. Indulgentiæ etenim reſpiciunt principali-
ter gratiam, non meritum proprium, ideò in indul-
gentijs conferendis, non attenditur principaliter quan
titas operis, vnde ſimiliter conſequantur indulgentias
Incolæ huius ciuitatis, ſicut illi qui ex multis Galliæ,
Scociæ, Hiberniæ, Alemaniæ, & alijs vniuerſi partibus
accedunt ad illud ſanctuarium magnis laboribus & ex-
penſis, attenditur igitur in iſtis indulgentijs conferen-
dis principaliter, non quantitas, ſed genus operis, hoc
eſt quod opuſquod prodicta indulgẽtia obtinenda im-
ponitur ſit opus tale, quod ordinetur ad finẽ præfactũ
in collatione indulgentiarum intentum; videlicet ad
honorem Dei, exaltationem fidei, & primatum Eccle-
ſiæ. Peregrinatio vero vt plurimum ad hoc ordinatur,
Hęc & alia ad propoſitũ gloſ. verbo confitebũtur ver-
ſiculo quia ergo, in extrauaganti Antiquorum de pæ-
nitentijs, & remiſſ. inter communes Sot. in 4. diſt. 21.
quæſt. 2 art. 1. & ex eo Eman. Rodrig. in explicatio-
ne Bullæ §. 9. dub. 8. Ex quibus etiam Canonici & Prę
bendati huius Eccleſię eius indulgentiam conſequun-
tur, tenent DD. communiter prout refert in ſimili Cor
duua de indulgentijs quęſt. 3. & ex eo Eman. Rodrig. in
explicatione Bullæ Cruciatæ §. 8 dub. 5. num. 10. Nec
obſtabit dicere quod indulgentia ſolum conceditur
viſitantibus & quod iſti quotidie exiſtũt in templo,
quia Reſpõdetur quod licet quotidie exiſtant in tẽplo,
non faciunt ad illum effectum, & ad illum conſequen-
dum ſpecialem orationem faciunt, quæ eſt propria vi-

ſt tio ſecundũ Pontificis intentionem. Secundo quæritur an peregrini qui medio itinere antequam Compoſtellam veniant ob infirmitatem, mortem, ſeu aliud impedimentum peregrinationem non adimpleuerint, Indulgentiam & Iobeleum conſequantur? Et videtur quod ſic, quia fidelis liberatur a pæna, media indulgẽtia, certis adhibitis diligentijs: ſicut ſeruus cui legata eſt libertas ſub conditione, adimpleta conditione liberatur a ſeruitute, ſed ſeruus ſi per aduerſam fortunam vel legitimo impedimento detentus, non potuerit adimplere conditionem liberatur, l. cum hæres §. ſticus 1. ff. de ſtatu liberis, l. fin. C. de condition. inſertis, ergo ſimiliter qui non potuit perficere peregrinationẽ morte, ſeu alio iuſto impedimẽto Secundo facit quod noſter Iobeleus ſimilis eſt Romano (vt ſæpe repetitũ eſt) ſed in Romano poſt iter cæptum impediti, ſeu morte præuenti, intra vel extra vrbem, conſecuntur indulgentiam; vt conſtat ex extrauaganti Vnigenitus prope finem, ibi: adjicientes vt hij etiam qui pro ea conſequenda ad eaſdem Baſilicas & Eccleſias accedant, poſt iter arreptum impediti legitime quominus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in viam vel dierum pretaxato numero non completo in dicta vrbe decefferint vere pænitentes (vt præmittitur & confeſſi) eandem indulgentiam conſequantur, & idem cõceſſit Greg XIII. in ſuo motu proprio Iobelei Romani prope fin. eius data anno incarnationis Dñicę 1574. Sexto idus Maij, Pontificatus eiuſdem anno 2. igitur idem dicendum eſt in noſtro. Tercio facit quia voluntas pro facto reputatur, ita vidimus in baptiſmo; quia impedito 4

to accipere,ſufficit voluntas quando vehementia animi deſiderio non eſt baptiſmi copia, & antequam voti compos ſit moritur, diciturque flaminis, quia ille cordis motus ab Spiritu ſancti flamine inſpiratur, cap. firmiſsime 15.quæſt.1.cap.baptiſmi vicem 33.cap.Cathecumenum 36. de conſecratione diſt.4.cap.debitum de baptiſmo, cap. veniens de Presbyt. non baptiſato, & vtrobique gloſſæ,& DD. ita ſimiliter in voto quãdo ſuperuenit impedimẽtum ad adimplendum,cap.1. cap.ſuper his de voto, igitur idem dicendum eſt in Iobeleo quod ſcilicet ſi poſt iter inceptum ſuperuenit impedimentum, vel mors, quominus adimpleant illud conſequuntur peregrini.

5 Contrarium tamen immô quod morte præuentus, ſeu alio legitimo impedimento detẽtus, gratiam Iobelei non conſequatur etiam poſt iter inceptum probatur quia indulgentiæ tantum valent quantum ſonant,cap cum ex eo de pœnitent.& remiſſ. text. in ſuo argumento in cap.1.& 2.de filijs Presbiterorum.Innocent.& Hoſtienſ.in cap.licet de tranſlatione Epiſcopi, Nauarr.de anno Iobelei notabil.9,num.8.& 9.Bald.in ſua Margarita verbo indulgentia, l. humanitatis.C.de impuberũ & alij quos refert Corduu. Palud.in 4. diſt. 20.quæſt.4.art.3. & id probat Nauarr. ex Reg. 57. 58. & 59. Chancellariæ, ſed in noſtro Iobeleo nulla mentio fit de illis qui moriuntur in itinere, ſeu alio impedimento detinentur: igitur ad illos non eſt extendenda Indulgentia. Secundo quia in omni effectu cuiuſcumque gratiæ qui ex opere operato ſub conditione alicuius operis promittitur, niſi tale opus fiat, effectus ex

opere

opēre ōperato non conſequitur, vt patet in Sacramentis, ſacrifitio, alijsque huiuſcemodi, ſed noſter Iobeleus eſt ſub conditione, igitur illa debet adimpleri, conditiones enim in ſpecifica forma debent obſeruari l. qui hęredi 44. l. mibius 54. ff. de condition. & demonſtrat. & vtrobique D D. vnde ſi impleatur pro parte, perinde eſt, ac ſi non eſſet impleta, Oldrald. conſ. 242. num. 5. verſ. 2. obijcitur in princip. & conſ. 231. in fin. Alexand. conſ. 75. in cauſa, & lite lib. 7. l. Plautius ff. de condition. & demonſtrat, cum ergo noſter Iobeleus concedatur verè pænitentibus viſitantibus iſtam Apoſtolicam Eccleſiam, qui hoc non adimpleuerint illum non conſequentur. Tertio quia hoc tanquam quid ſpeciale fuit neceſſarium exprimi a Pontifice in extrauaganti Vnigenitus, & a Gregor. XIII. loquentibus de Iobeleo Romano: ſed Alexand. III. de illo nullam facit mentionem. Ergo etiam ſi poſt iter inceptum quis moriatur confeſſus, & verè pænitens, ſeu alio impedimento ſit detentus, indulgentiam non conſequitur.

In hac tamen contrarietate huic poſteriori ſententiæ magis adhæreo; & ita in iſto dubio conſtituo Regulam generalem, quod quoties indulgentia conceditur ſub tali forma vt certum aliquod opus requirat, nemině lucrare eam niſi tale opus exequatur, quod adeo verum eſt, vt licet per impotentiam, mortem naturalem, obliuionem, vel quamlibet aliam cauſam quantumuis in voluntariam opus omittatur, effectus indulgentiæ impediatur, niſi in ipſamet conceſsione talis exceptio declaretur, & ſub alia forma & conditione idē indulgentiæ effectus perſonis impeditis tribuatur, & 6

hæc eſt communis omnium Theologorũ ſententia in 4.diſt.20.vbi ſpecialiter Bonauent.part.2.art.1. quæſt. 4.in fin.D.Thom. quodlibeto 2.art.16. D. Antonin.1. part.tit.10.cap.3.§.4.Sot.diſt.21.art.3. Nauarr.notabil. 19.num.1.authoritate extrauagantis Vnigenitus §.ſtatuentes, & in explicatione Bullæ Gregor. XIII. gloſſ. poſt iter num.50. Enrriquez in ſumma lib.7.de indulgentijs c.10.num.13.Suar.4.tom.in 3.D.Thom.diſputat.52.ſeſſ.5. liberalis enim donatio non ſubſiſtit, niſi impleatur conditio ſub qua fit, l. ſi cum filius §. titio decem, l. & generaliter, ff.de donat.l. fin. ff.de conditionibus ob cauſam, l. ſi donaturus 2. Reſponſo. ff. de iure dotium, l.cum ancillam.C. de condition. ob cauſam.

7 Nec obſtant argumenta in cõtrarium. Non primum ex l.cum hæres §.ſticus 1. ff.de ſtatu liberis, l.fin.C. de conditionib.incertis, quia reſpondetur illud de quo in caſu illorũ iurium introductum fuiſſe fauore libertatis, vt ex ipſis conſtat. Secus tamen eſt in noſtra quæſtione vbi Pontifex tali lege & conditione conceſsit indulgentiam, & non ſine illa.

8 Non obſtat ſecũdum quia reſpondetur quod licet Iobeleus noſter ſit ſimilis Romano, hoc eſt ſolum quo ad indulgentias, vt conſtat ex verbis ipſius, ibi: (omnes & ſingulas prædictas indulgentias, & Iobeleum ipſius eiſdem modo, & forma quo Romana Ecclesia habet; non tamen quo ad alia) & quod licet in omnibus ſit ſimilis Romano hoc intelligi debet quo ad illa quæ pro illo tunc quando fuit cõceſſum noſtrum in illo inueniebantur, non tamen quo ad ea quæ poſtea addita

fuerunt,

fuerunt, prout in extrauaganti Vnigenitus, & in Bulla ſanctitatis Gregor. XIII. multos poſt annos edita, argument. text. in l. leges, & conſtitutiones ff. de legib. cum vulgar. Non obſtat vltimum de Sacramentis, & 9
voto, in quibus voluntas aliquando pro facto reputatur, quia reſpõdetur negando aſſumptum, niſi quando in ipſa conceſsione aut inſtitutione id exprimitur, aut ex ipſa rei natura ſubintelligitur. & ita proprius & poſitiuus effectus Sacramentalis nunquam datur niſi Sacramentum in re ipſa ſuſcipiatur, quia nec impletur conditio, nec ſufficienter applicatur propria cauſa talis effectus, ſed datur aliqua gratia vel remiſsio peccati proportionata diſpoſitioni, vel merito operantis, & ſic in noſtro caſu per ſolam voluntatem implendi opus ad indulgentiam requiſitum poſſe obtineri aliquam remiſsionem pænę temporalis quatenus hic effectus generalis eſt, & ex opere operantis, ſi voluntas illa habeat omnes conditiones ad propriam ſatisfactionem requiſitas, id vero ſatis non eſt ad proprium effectum indulgentiæ qui ex opere operato confertur, niſi hoc ipſum in conceſsione declaretur, nam ex ſola rei natura hoc intelligi non poteſt, ſed ex voluntate concedentis pendet, quam neceſſe eſt verbis ſufficienter explicare, nec in huiuſmodi rebus verum eſt voluntatem pro facto reputari, cum conditio poſtulata non ſit ſola voluntas, ſed re vera opus ipſum ſolum qui in ratione meriti, & in ordine ad præmium eſſentiale habet verum illud axioma, quia tota ratio meriti totuſque valor eius in ſola voluntate poſitus eſt, ita eleganter, Suar. dict. diſputatio. 52. ſect. 5. quæ adeo vera ſunt vt etiam

ſi quis partem iniuncti operis adimpleat cum propor-tione non conſequatur partem indulgentiæ, niſi in conceſsione exprimatur, ita docuit Paludan. in 4.diſt. 20.quæſt.4.art.5. quē ſequitur Antonin. 1.part. tit. 10. cap.3.§.4. & ex eiſdem Suar. vbi proxime num. 3. rationem aſsignat quia conceſsio eſt vnica, & quaſi indiuiſibilis ſub tali determinata conditione, & ideo qui totum opus poſitum non adimplet ex vi illius conceſſionis, nil promiſſum eſt ei qui partem adimplet, in quo maxime conſideranda ſunt verba conceſsionis, ſi copulatiue omnia requiruntur vel diſiunctiue? Nam ſi copulatiue, non ſufficit vnum adimplere, ſi vero ſub diſiunctione, vel determinate, vt oratio vel eleemoſyna, ſufficit vnum adimplere.

10 His conſequitur tertio, an Religioſi qui obſeruant perpetuam clauſuram, carceribus detenti, ſeu perpetua infirmitate, lucrentur hanc indulgentiam? Et licet hoc dubium ex præcedenti poſsit determinari, quia res cotidiana eſt; mihi viſum fuit etiam pro vtraque parte diſcutere, & pro affirmatiua facit quod non ſtat per eos viſitare limina huius ſanctuarij, prout in gratia continetur, ſed cum non ſtat per eum ad quem pertinet quominus conditio impleatur haberi debet ac ſi impleta fuiſſet, regula cum non ſtat de regul. iur. lib.6. l. in iure ſt. de regul. iuris, & vtrobique Dinus, & Decius, faciunt ea quæ adduximus in primo argumento præcedentis quæſtionis: igitur tales perpetuam clauſuram obſeruantes, infirmi. & carceribus detenti, noſtrum Iobeleum conſequentur adhibitis aliis diligentijs. Secundo facit quod conceſsio indulgentiæ pia eſt, &

& fauorabilis, ideoque debet interpretari vt valeat & ſuſtineatur, Bald.conſ.339.incipit caſus talis eſt, lib.1. cum enim ſit benefitium Principis latiſsime eſt extendendum Romanus conſ.363. incipit petitur ante. Abb. conſ, 101. lib.1. Alexand. conſ. 160. viſo tenmate nu. 3 verſ. 2. præſuppono lib. 2. l. hac ſaluberrima C. de agenti in rebus, quod adeo verum eſt, vt etiam ad perſonas debeat extendi. Oldrald. conſ.300. in principio incipit factum tali magiſtro, aliâs, redderetur illuſoriũ Romanus vbi proxime; Ne igitur hoc de noſtro Iobeleo dici poſsit etiam ad obſeruantes perpetuam clauſuram infirmitate perpetua ſeu carceribus detenti debet extendi. Tertio quia interpretatio indulgentiæ fauorabilis eſt, & ita ſemper debet fieri, ne fideles retrahantur a bonis operibus, cap. ſignificauit de pœnit. & remiſſ. Romanus vbi ſupra, & in dub. pro pietate, & Religione ſemper benigna, & fauorabilis interpretatio eſt facienda, maxime in his quæ pertinent ad ſalutem animæ, l. ſunt perſonæ ff. de Religioſiſ. & ſumptibus funerum. Roma. dict. conſ. 363. num. 3. vſque ad finem, ſed iſte caſus nec expreſſus eſt in noſtra Bulla, & de eo eſt dubitatio, igitur fauore animarum pro illo interpretatio fieri debet.

Contrarium tamen ſcilicet, quod tales iſtum Iobeleum non conſequantur, non minoribus probatur fundamentis, & in primis facit, quod conditio appoſita in quocumque actu debet adimpleri in ſpecifica forma, diximus in ſecundo argumento pro parte negatiua præcedentis quæſtionis, ſed Iobeleus habet expreſſam conditionem viſitandi Eccleſiam noſtri Apoſtoli, igitur 11

d. ſi

deficiente ea Iobeleus non conſequitur. Sed ſi dicas, quod tales poſſunt confiteri peccata ſua, & quod hoc ſufficit dato impedimento perpetuo. Secundo ſic argumentatur, vt acquiratur dicta indulgentia duo ſimul requiruntur, ſcilicet confiteri peccata, & viſitare Eccleſiam, vt conſtat ex Bulla, ibi, verè pænitentibus, & cõfeſsis Eccleſiam prædictam viſitantibus, ſed conditio non debet adimpleri pro parte, Oldrald. conſ. 242. num. 3 verſi. 2. objicitur, quod eſt adeo verum vt etiam ſi pro maiori parte impleatur non teneat, Alexand. conſ. 75. incipit in cauſa, & lite in fin. lib. 7. Sed qui eſt impeditus in clauſura etiam ſi confiteatur ſua peccata pro parte tantum adimplet, igitur non lucratur indulgentiam. Tertio conditio debet adimpleri verè, & non ficte, nec ciuiliter l. ſi ita quis §. fin. ff. de legat. 2. & ſecundum veram ſignificationem, & propriam, Calderin. conſ. 366. aliàs 37. de teſtamēt. plura adducit ad propoſitũ Cardinal. Tuſcus littera C. concluſione 595. ſed ſi hoc admitteremus ficte & non verè adimpleretur Pontificis præceptum, & conditionem, vt igitur euitetur hoc inconueniens tenendum eſt Religioſos, perpetua infirmitate aut carcere detentos, noſtrum Iobeleum non lucrari. Quibus hæc poſterior pars mihi veriſsima videtur, quã tenet Felinus videndus in tract. de indulgentijs, num. 4. verſi. vlterius. Nauar. vbi ſupra notabil. 19. nu. 5. qui dicunt quod vt Religioſi qui obſeruant perpetuam clauſuram lucrentur ſimiles indulgentias neceſſaria eſt Pontificis Maxim. declaratio, & pro iſta ſententia poſſunt alegari omnes quos adduximus in pręcedenti dubio. Eman. Rodrig. in ſumma ver

bo

bo Iubileo, num.8. qui inquit obſeruantes perpetuam clauſuram non lucrari ſimiles indulgentias, niſi Pontif. id expreſſe dicat in Bulla conceſsionis. Nec obſtant fundamenta in contrarium, quibus ſatisfacies ex ſolutione argumentorum præcedentis quæſtionis. Quar- 12
to dubitatur vtrum inter viuentes poſsit indulgentia ab vno per opus ab alio factum comparari? In quo dubio multa includuntur, ſcilicet an ſufficiat opus iniunctum per alium exerceri vt aliquis fructum indulgentiæ lucretur? Et econuerſo, an poſsit vnus pro alio indulgentiam lucrari, opus iniunctum pro illo faciendo, ac denique an poſsit aliquis indulgentiam ſibi conceſſam alteri condonare? illi etiam committendo vt opus iniunctũ efficiat, & proparte affirmatiua facit vnio charitatis quæ inter fideles habetur, ratione cuius poteſt vnus pro alio ſatisfacere, & ſua opera inter ſe communicare, nã in illis omnibus quæ propoſita ſunt tantum videtur intercedere quædam operum communicatio in ordine ad ſatisfactionem ſeu conſequtionẽ remiſsionis pœnæ temporalis, in contrarium tamen eſt, quod indulgentiæ tantum valent quantum ſonant, & ideo ſi opus iniunctum eſt tanquam proprium opus perſonale, non poterit per alium adimpleri, eademque ratione ſi indulgentia conceditur in proprium fauorem alicuius perſonæ, non poterit alteri prodeſſe. Pro 13
reſolutione tamen huius difficultatis aduertendum eſt duobus modis poſſe opus aliquod per alium fieri; vno modo tanquam per inſtrumentum, quod nomine alterius operatur, vel miniſterialiter exequitur opus quod ab alio principaliter fit quando aliquis dat ele-

moſynam per famulum, nam licet famulus ſit qui immediatè præbet ſeu elargitur pecuniam, tamen Dominus eſt qui principaliter facit eleemoſynam, quia de bonis eius & iuſſu fit, & de hoc modo operandi per alium certiſsimum eſt quoties eleemoſyna, vel aliud ſimile opus ſimpliciter injungitur fieri per alium prędicto modo, cum ille modus operandi etiam ad propriam ſatisfactionem, & ad præceptum implendum ſufficiat, ratio eſt quia tale opus ſimpliciter & abſolute eſt ipſius Domini, famuli autem non niſi ſecundum quid, & materialiter, ſumma Roſſella in tit. de indulgentijs §. 17. Corduu. de indulgentijs quæſt. 2. ob id que nihil refert ex ſententia omnium theologorum, quod huiuſmodi famulus quando eleemoſynam elargitur ſit in gratia, vel in peccato, aut quod hac vel illa intentione operetur, quia in eo, non attenditur niſi ipſa executio, Corduu. vbi proxime Nauarr. not. 22. 30. & 31. Sot. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. Suar. diſputat. 52. ſeſſ. 7. num. 2. & quod dicimus de famulo, intelligendum eſt de quocumque procuratore, vel amico operante vt ſic, cum militet eadem ratio. Vnde ſi quis roget amicum ſuum vt pro ſe eleemoſynam faciat tanquam ſuam, ſufficere poterit ad indulgentiam, quia ibi virtute intercedit duplex donatio, prior eſt amici donantis tantam pecuniam vt ex ea eleemoſynam faciat, poſterior eſt elargitioque pauperi fit nomine eius, in præſenti autem operandi modus, ſolum habet locum in caſu poſito, & ſimilibus quæ verſatur circa extrinſecam materiam, non vero circa actiones mœre perſonales, vt ieiunium, orationes, & ſimiles, hæc tamen limita

quando

quando indulgentia dicit quod eleemoſyna tribuatur per propriam perſonam, ad augendum meritum, vel aliud opus miſericordiæ fiat, quia tunc ſine dubio nõ prodeſt niſi fiat eodem modo, & forma. Alio vero mo- 14
do cõtingit actionem aliquam pietatis fieri per alium tanquam per propriam cauſam proximam ipſius operis, quanquam alterius rogatu vel incommodum eius faciat id: quomodo poteſt vnus per alium, vel pro alio, ieiunare, vel orare, aut templum viſitare, & in hoc modo operandi attendendus eſt tenor indulgentię, quoties enim tale opus ſimpliciter iniungitur tanquam conditio neceſſaria ad indulgentiam lucrandam neceſſe eſt vt perſonaliter impleatur ab eo qui lucraturus eſt indulgentiam per ſe ipſum, quia tale opus ſimpliciter loquendo non fit ab illo quando per alium impletur, talis vero indulgentia requirit vt ab ipſo lucrante fiat, ſecus tamen eſt ſi tenor ipſius indulgentię ſolum poſtulet viſitare Eccleſiam & ſimilia per ſe, vel per alium, nam tunc certum eſt ſufficere opus per alium factum, quia ſufficienter implet conditionem ad indulgentiam poſtulatam, optime docet D. Tho. in 4. diſt. 20. quæſt. 2. art. 5. & quæſt. 3. ad 2. qui aduertit in eo caſu eum qui loco alterius operatur nõ donare indulgentiam ei pro quo operatur, ſed Pontificem illam applicare poſita tali conditione per actionem alterius. Suar. vbi ſupra num. 3. nec oportet huiuſmodi operantem eſſe in gratia, ſecundum Adrian. & Sot. relatos & ſecutos à Suar. num. 4. quidquid in contrarium dicat Caieta. opuſcul. de indulgent. quæſt. vlti. ad 2. ratio eſt euidens, quia gratia in illo non eſt neceſſaria vt principium vel for

ma talis operis, quia non eſt neceſſe vt tale opus ſit meritorium, nec etiã eſt neceſſaria vt diſpoſitio auferens obicem, quia fructus illius indulgentię non eſt conferendus ei qui operatur, ſed alteri cuius vice operatur, & ideo ſolum in illo altero neceſſaria eſt gratiæ diſpoſitio pro eo tempore quo applicandus eſt fructus indulgentiæ, & ſolum eſt neceſſe vt opus ſit ex ſuo genere bonum, & quale exigitur ex vi indulgentiæ, & quod fiat aliquo modo ex voluntate ſeu petitione eius, qui lucraturus eſt indulgentiam, alioquin dici non poſſet per alium operari ex intentione obtinendi indulgentiam per neceſſaria media.

15 Hucuſque de illo qui facit diligentias loco alterius vt conſequatur indulgentiam: nunc vero ſciendum eſt, an aliquis poſsit operari pro alio ad lucrandam illi indulgentiam? id eſt vt ipſe operans eam lucretur non ſibi, ſed alteri cui illam ſua voluntate applicat? quod omne pendet ex forma indulgentiæ, optime docuit D. Thom. ſup. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. quem refert Suar. ſup. num. 6. eſt tamen differentia inter iſtũ caſum quando alteri poteſt quis indulgentiam lucrari, & primũ, de quo hucuſque egimus: nam in iſto caſu non eſt neceſſarium vt is qui operatur ab alio moueatur, vel inducatur, quia non operatur tanquam gerens vices illius, ſed tanquam principaliter operans & donans alteri fructum, & ita nec ſcientia, nec conſenſus illius neceſarius eſt, quia non tã actiuè quã paſsiue ſe habet, ſicut ſe habet anima Purgatorijpro qua alius indulgentiam lucratur, nec in iſto caſu requiritur, quod faciens tale opus ſit in gratia, quia tunc non ille confert indulgentiam

gentiam, ſed Pontif. qui ſub iſta formā conceſsit, Suar. ſupra. num. fin. in primo verſic. caſu neceſſarium eſt; vt is qui operatur ab alio omnino moueatur. In ſum- 16
ma igitur ſupra dicta & aliaque ad propoſitum dicere poſſemus dependent ex gratia Pontificiſque maxime attēdenda eſt, ita Paludā. in 4. diſt. 20. quæſt. 4. ar. 3. concluſione. 6. D. Tho. in addition. ad 3. part. quæſt. 23. art. 3. DD. communiter dict. diſt. 20. Suar. ſupra. Henriq. in ſum. de indulgentijs lib. 7. cap. 8. qui longam Doctorum phalangem adducit, Eman, Rodrig. in explicatione cruciate. §. 9. dub. 8. num. 13. Ex dictis intelligo & 17
interpretor Bullam noſtri Iobelei ibi Eccleſiam prædictam viſitantibus, & ibi viſitantes præfatam Eccleſiam, vt intelligatur de illis qui viſitant per ſeipſos, & non per alios, nec de illis qui viſitant propter alios, hæc enim fuit clara intentio Pontificum qui hanc indulgentiam conceſſerunt vt ex totius Bullæ tenore deprehenditur. Quinto ſuccedit an mortui hanc indul- 18
gentiam lucrari poſsint? & negatiue reſpondendum eſt, tum quia non poſſunt viſitare templum D. Iacobi quod requiritur pro forma ſubſtātiali vt dictum eſt, & infra latius, in ſimilique probat Auguſtin. ab Ancona relatus à Nauar. de anno Iobelei notabil. 22. Tum etiam quia Pontifex non poteſt concedere indulgentias dfunctis per modum abſolutionis, ſed tantum per modum ſuffragii, vt ſtatim dicemus, ita ſentit D. Thom. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 2. quamuis non ſit vſus dictis verbis, ſed alijs ſcilicet principaliter & ſecundario, directè, vel indirectè, dicens indulgentias non poſſe concedi directe, & princi-

paliter defunctis, ſed tantum ſecundario, & indirectè, clarius vero id docuit Alexand, Alenſ. 4. part. quæſt. 83. alias 23. membro 6. Bonauent. & Gab. diſt. 20. vbi Ioann. maior, qui ait oppoſitam ſententiam eſſe ſcandaloſam, & nullatenus populis publice eſſe prædicandam; Ricard. eadem diſt. 20. art. 3. quæſt. 3. Caieta. tom. 1. opuſculorũ tract. 16. quæſt. 5. & 6. Sot. diſt. 21. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 3. ac denique cæteri Theologi in illis diſtinctionibus & in 45. iuriſperiti quos refert & ſequitur Nauar. dict. notab. 22. Corduu. quæſt. 16. de indulgentijs Belarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 16. Suar. vbi ſup. diſputatio. 53. ſeſſ. 2. num. 4. & cęteri moderni: Magnumque argumentũ eſt quod antiqui Pontifices quoties concedunt indulgentias pro defunctis, ſemper addunt illam particulam per modum ſuffragij, ut ſpecialiter adnotauit Maior ex Gabriele quos Nauar. immittatur. Ratio eſt quia concedere indulgentias per modum abſolutionis, nihil aliud eſt quam authoritate iudiciaria quæ ſolum exercetur erga ſubditos, per totum de iuditijs, de iuriſdictione omnium iudicum, remittere pœnam, ſed animæ purgatorij non poſſunt dici ſubditæ Pontifici: ergo, nec ipſe poteſt authoritate iuditiaria eas a pœnis abſoluere, & ex conſequenti, nec concedere indulgentias per modum abſolutionis, facit vulgaris reg. l. fin. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, quod ſcilicet extra territorium ius dicenti non paretur impune, vbi notant DD. & confirmatur hæc veritas Matth. 16. ibi, quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis, ex-

pen

pendendo illa verba ſuper terram. Ex quibus conſtat Petro tantum datam fuiſſe poteſtatem ligandi, & ſoluendi homines ſuper terram, nec enim verba illa referenda ſunt ad eos qui ligant aut abſoluunt vt quidam putant, ſed ad eos qui ligantur & abſoluuntur, nō enim voluit Chriſtus Dominus per illa verba ſignificare ſtatum eorum quibus illam poteſtatem concedebat, ſatis enim manifeſtum erat hominibus mortalibus in hac vita de gentibus illam concedere, ſed voluit diffinire terminos iuriſdictionis, & poteſtatis, quam Petro mittebat, ampliauit enim illam ad vniuerſum orbem, & intra ſuperficiem terræ voluit contineri, ita intellexit illa verba Innocent. III. in cap. a nobis 2. de ſententia excommunicationis Auguſtin. lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 18. in hæc verba ibi. Has claues dedit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ vt quæ ſoluerit in terra, eſſent ſoluta & in cælo, optime Pater Suar. ſupra diſputatio. 53. ſeſſ. 1. num. 1. quidquid enim ſit de illorum verborum ſuper terram interpretatione tantum reſpectu perſonarum certum eſt ſolum eſſe promiſſam iuriſdictionem in homines viatores, & ſuper terram de gentes, quod recte declaratur ex verbis quibus Chriſtus Ioann. 21. impleuit promiſsionem Petro factā Matth. 16. ſcilicet paſce oues meas, ibi enim contulit omnem iuriſdictionem ad primatum Petri pertinentem quæ circa eos tantum verſatur qui in hoc mundo paſci poſſunt tanquā Chriſti oues, quod vtique de animabus purgatorij verificari non poteſt, de quo latius Suar. dict. diſputat. 53. ſeſſ. 2. num. 5. Ex quibus interpretor & intelligo verba noſtræ Bullæ, & Iobelei ibi, omnibus Chriſti fidelibus vt

intelligantur iuſta ſupra dicta de viuis, & non de defunctis, quod id conſequi per ſe non poſſunt, nec Pontifex ad illos indulgentiam de qua in illo extendere.

19 Maior tamen dubitatio eſt an per modum ſuffragij defunctis indulgentia impartiri poſsit? In quo tamquam quid certum premittendum eſt, concedentes indulgencias, nec ratione ſuffragij eas extendere poſſe ad Calicolas, quia non habent quibus expientur ſordes, nec quibus ſoluantur vincula, argument. text. in cap. cum Marthæ de celebratione Miſſarum, cap. tempus 13. quæſt. 2. & vtrobique notant DD. nec ad pueros in Lymbo detentos, quia non habent charitatē qua Chriſti membra fiant, nec ad omnino damnatos, quia in inferno nulla eſt redemptio, vt canit Eccleſia, & probatur Iob 10. cap. in præſenti §. verum cum cap. ſequenti 13. quæſt. 3. Nauar not. 22. num. 3. Suar. de indulgent. idem diſputat. 48. ſectio. 4. vbi multa & notatu digna dicit

20 in propoſito. Secundo præmittendum eſt, animas purgatorij non eſſe in ſtatu orādi & mærendi pro ſe ipſis; tenet D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt 83. art. 11. ad 3. quem ſequitur Abulenſ. ſuper Matth. cap. 6. quæſt. 86. Caietan tom. 1. opuſculorum, tracta. 23. quæſt. 1. Sot. in 4. diſt 19. quæſt. 3. art. 2. Nauarr. de oratione cap. 20. nu. 9. & ita non ſunt in ſtatu in quo poſsint in gratia vel charitate creſcere, & hanc concluſionem certam eſſe de fide affirmat Suar. dict. 4. tom. diſputatio. 47. ſeſſ. 2. num. ſecundo. Cuius eam reddit rationem quia tempus mærendi gloriam vel gratiæ augmentum in morte finitur, quod principium totius Eccleſiæ conſenſu receptum eſt, ita affirmat vbi proxime, & latê probauit 1.

tom.

tom. in 3. D. Thom. diſputat. 29. ſect. 1. & 3. tractando de Chriſti merito, ex varijs ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonijs, quibus adſtipulatur Chriſoſtomus homil. 37. in Matth. ibi: fratres nolite pueri effici ſenſibus ſed malitia paruuli eſtote, pręſens enim hæc vita recte viuendi occaſionem, & opportunitatem habet, poſtquam enim diem tuum obieris iuditium, & pæna conſequitur, habent tamen deprecationem, tradit Greg. de Valencia 3. tom. diſputat. 6. vbi verſ. 3. inquit, animas purgatorij pro ſe quidem orare vt ſcilicet per medium aliquod diuina prouidētia conſtitutū per ſuffragia a pænis liberentur, ita docuit Alexand. Alenſis 4. part. quæſt. 91. membro. 4. & probat ex D. Gregor. lib. 4. Dialogorum vbi memorat animas purgatorij, etiam a viuentibus auxiliari poſſe Medin. de oratio. quæſt. 5. qui citat Gabriel. & quamuis aliqui teneant oppoſitum, fatentur hoc non eſſe improbabile, vt cumque tamen ſit, cum in ſtatu merendi non exiſtant, optime per medium ſuffragiorum a fidelibus poſſunt adiuuari.

His præhabitis, vt ad quæſitum redeamus partem 21
negatiuam tenent omnes hæretici qui negant Purgatorium eſſe, de quo ſuo loco dicemus, non tamen ex aliquo principio ad hanc materiam expectante, & inter Catholicos Hoſtienſ. in ſum. lib. 5. ſub tit. de remiſſ. §. quibus proſint & §. vbi operantur, quem ſequutus eſt Gab. lect. 57. in Canone: idem tenuit Gerſon. in Alph. 60. litt. B. ſeu in 4. tom. ſermo. 2. de defunctis quæſt. 9. authoritate Matth. 16. ibi quodcumque ligaueris ſuper terrā erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris

ſuper

ſuper terram erit ſolutum & in cælis; de qua diximus ſupra iſto dub. pro quo ſecundo ponderari poteſt locus Apocalypſ. cap. 14. ibi: opera enim illorum ſequuntur illos, ex quo conſtat quod animæ quæ ex hoc ſæculo tranſierunt ex bonis, vel malis operibus præmium, vel pœnam habēt in alio: Tertio authoritas D. Hieronymi, relata in cap. præſenti 13. quæſt. 2. ibi: cum ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe, rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum: Ex quibus ſatis videtur conſtare nec per modum ſuffragij ad animas purgatorij extendi poſſe indulgentias? Contrarium tamen verius eſt indulgentiarum ſcilicet fructus applicare poſſe & prodeſſe defunctis, quę eſt ſententia communis Theologorum in 4. diſt. 20. & 45. cum D. Thom. quam etiam ſequuntur iuriſperiti vt patet ex Felin. tract. de indulgentijs, num. 30. vbi plures refert Innoncenc. in cap. quod autem, de pænit. & remiſſ. Cardina. in Clementina 1. §. ad hæc, quæſt. 13 eod. tit. docet eleganter Cou. rub. in cap. alma mater de ſententia excōmunicat. in 6. 1. parte relectionis §. 5. nu. fin. Nauarr. de anno Iobelei not. 22. ex profeſſo Caietan. tom. 1. opuſculorum tracta. 16. quæſt. 5. & 6. Turrian. lib. de dogmat. character. quem locum etiam ipſe citat contra Magdeburgenſes, cap. 14. tenuit etiam Gerſo. in Alphabet. 33. litt. M. & in fine, alias tom. 2. operum tracta. 6. de abſolutione defuncti, Petrus de Sot. de confeſſ. cap. de memoria defuncti, Brunus de ceremonijs Eccleſiæ lib. 2. cap. 1. pag. 6. Vbaldenſ. de Sacramentalibus lib 4 cap 4. tenuit etiā Gab. in addition. ad lect. 57. in Canone retractans prio

rem

rem ſententiam propter declaratione Sixti IIII. quam prius non viderat (vt refert) ſequitur Suar. ſup. diſput. 53. ſect. 1. num. 3. Henric. lib. 7. de indulgentijs cap. 7. qui alios adducit, facit text. in cap. non exiſtimemus, cap. animæ defunctorum, cap. tempus 13. quæſt. 2. Trident. ſeſſ. 25. ſub decreto de purgatorio, & habetur 2. Machab. cap. 12. vbi oblatum fuit pro mortuis ſacrificium, ſancta (inquit locus ille) & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis ex orare vt a peccatis ſoluantur, id eſt à pœna temporali quam pro peccatis animę in purgatorio patiuntur. Si autem de certitudine huius veritatis interroges? Reſpondetur olim non fuiſſe rem adeo claram in Eccleſia, ideoque potuiſſe Catholicos viros circa illam errare, aut dubitare, iam vero res eſt adeo conſtans vt ſine errore negari non poſsit. Primo quidem propter communem ſenſum ſcholaſticorum in quem iam vniuerſa Eccleſia cōſpirauit; Secundo propter Eccleſiæ vſum, quem eſſe ſatis antiquum conſtat ex D. Thom. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. quæſtiumcula 1. vbi illam refert, tum etiam propter authoritatem multorum Pontificum qui vel facto ipſo, vel etiam doctrina hanc veritatem confirmarunt, nam Sixtus IIII. vt ex Gabriel. retulimus doctrinā hanc approbat, item Leo X. in Bulla contra Luterū & in epiſtola ad Caietanum miſſa, & ipſe Sixtus IIII. Innocent. VIII. Pius XXIX. Calixtus Paſchaſius, & alij quos Gab. ſup. refert, indulēgtias pro defunctis cōceſſere, quod in Bulla Cruciatæ pro defunctis videmus quotidie, impium autem eſſet dicere eos Eccleſiam decæpiſſe. Nec obſtat 23 Matth. authoritas relata ex verbis Chriſti Domini,

ibi:quodcumque ligaueris,&c. Quia multipliciter poteſt reſponderi ex Suar. ſupra ſeſſ.2. Primo quod dictio illa ſuper terram probabiliter coniungi poteſt cum eo qui ſoluit,non cum eo qui ſoluitur. Vel melius poteſt referri ad actum ſoluendi,non ad obiectum ſolutionis (vt ſic dicam) id eſt, quod actus ſoluendi fiat ſuper terram, nō vero res proqua vel per quam fit ſolutio, nam ſatisfactiones ſanctorum per quas, ſeu a quibus fit ſolutio iam non ſunt ſuper terram, ſed in acceptione diuina,ergo neceſſarium non erit perſonām aut reatum pro quibus fit ſolutio eſſe ſuper terram. Tertio poteſt dici quod illud ſuper terrā,non eſt intelligēdum ſuper connexam terræ ſuperficiē, ſed ſatis eſſe intelligere ſuper quamcunque partem terræ, hoc autē modo etiam animæ purgatorij ſunt ſuper terram, tum ſubſtantialiter quia licet ſint ſub hac terra quā habitamus, tamē cum non ſint in infimo loco, aliquomodo ſunt ſuper terram, tum etiam quo ad ſtatum, quia non dum ſunt in termino, ſed adhuc ſunt in via, aliquando enim a terra in cælum migraturæ ſunt, ideoque adhuc in terra ſeu ſuper terram verſantur, quam reſponſionem indicauit Alexand. Aleuſ. 4 part. quæſt. 83. alias 23. Membro. 6. & confirmari poteſt ex Innocent. III. in dict. cap. a nobis, §. nec obſtat, vbi ait non obſtante particula illa ſuper terram, Eccleſiam in aliquibus caſibus mortuos ligare & ſoluere, indicans aliquos mortuos
44 ſub illa particula poſſe comprehendi. Non obſtat ſecundū ex loco Apocalypſis, quia ex quo defuncti in ſtatu gratiæ deceſſerunt meruerunt vti & frui viuorū ſuffragijs, ex text. in dict. cap. animæ defunctorum, clarum enim eſt & iuridicum eum dici facere pium opus

cuius nomine fit, cap. ſi diligenter de præſcript. & arg. text in l. quod iuſſu ff. de reg. iur. Reg. quæ facit in 6. Non obſtat tertium quia in illo text. loquitur D. Hieronymus de impænitentibus defunctis, vt conſtat ex eodem textu, ibi: verum hoc de impænitentibus accipiendum eſt, & de hiſque in peccato mortali deceſſerunt, notant gloſ. & DD. ibi; verbo Noe, nam pro iſtis mirum non eſt quãdo conſtat in peccato mortali diſceſſiſſe, veluti pro illo qui laqueo ſe ſuſpendit, præcipitat ſe ipſum, vel in flumen dejicitur, cap. placuit 28. quæſt. 5. cap. qualis 25. diſtinct. docet gloſſ. verſ. pro impijs in cap. pro obeundis 13. quæſt. 2. 25

Hæc tamen quæ diximus per modum ſuffragij indulgentias prodeſſe defunctis, intellige quando in ipſa indulgentiæ forma ſeu conceſsione id expreſſe declaratur, ita D. Thom. dict. diſtinct. 45. Bonauent. diſtinct. 20. Alenſ. quæſt. 83. Henrriquez qui alios refert vbi ſup cap. 8. Suar. vbi proxime num. 7. & probatur quia nemo poteſt pro alio indulgentiam lucrari, ſed tantum pro ſeipſo, niſi in ipſa indulgentia expreſſe concedatur. At vero animæ purgatorij non poſsũt, ipſę per ſe, ſeu pro ſeipſis lucrari indulgentias, quia non poſſunt pro ſe exequi opera quæ pro indulgentijs lucrandis imponuntur; ergo ſolum participant fructus indulgentiarum medijs operationibus iuuentium qui pro defunctis indulgentias lucrentur, ergo neceſſe eſt vt in ipſomet indulto hæc facultas expreſſe concedatur; quæ ratio eſt D. Thomæ & aliorum, quæ ſupponit indulgentias non poſſe directè, & immediatè concedi defunctis, ſed ſolum in directè media actione viuorum. Vnde 26 27

intelligemus noſtrum Iobeleum in verbis noſtrę gloſſæ, vt non extendatur ad animas purgatorij cum hoc in illo expreſſum non inueniatur, nec illa verba fidelibus, ſi aliquid amplius non exprimatur ad defunctos extendātur, cum ſolum viuentes ſint in ſtatu Beatorū,
28 & immediaté ſubjiciantur clauibus Eccleſiæ. Quæ autem differentia ſit inter indulgentiam per modum ſuffragij, & per modum abſolutionis, inuenies apud Suar. dict. diſputat. 53. ſect. 3. ad nos autem pro nunc ſuffi-
29 ciat quæ ex dictis colligitur. Sexto inquiri ſolet an concedens Iobeleū vel indulgentiam eàm poſsit lucrari? quia tamen iſte caſus parum pertinet ad noſtrum, ſit ſatis tibi indulgentiam generalem poſſe a concedente lucrari, ita D. Thom. in 4. diſtinct. 2. art. 5. quæſt. 4. Paludan. ibi quæſt. 4. artic. 3. Supplemuntum Gabrielis diſt. 45. art. 2. cōcluſione 7. Ricard. diſt. 20. art. 4. Aug. de Ancona lib. de poteſtate Eccleſ. quæſt. 29. art. 2. Summiſtæ communiter verbo indulgentia Geminiamus in cap. Indulgentiæ de pænit. & remiſſ. in 6. Calderinus in cap. noſtro, de pænitentijs & remiſſ. late Suar. dict. diſputatio. 52. sect. 1. num. 14. an autem excommunicati indulgentiam lucrentur? dicemus gloſ. ſequent.

## GLOSSAE NONAE ſummarium.

*Diſpoſitio ad lucrandam indulgentiam poteſt eſſe duplex, habitualis, & actualis, & quæ vna*

*que*

queque ſit, num. 1.

Diſpoſitio habitualis ad lucrandam indulgentiam requirit ſtatum fidei, per quam ſit homo coniunctus Eccleſiæ, tanquam membrum eius, & in quibus verificatur. 2.

Status gratiæ, & vnio charitatis an requiratur tanquam neceſſaria diſpoſitio ad lucrandam indulgentiam? & refertur pars negatiua. 3.

Status gratiæ, & vnio charitatis eſt diſpoſitio omnino neceſſaria ad propriũ fructum ſeu effectum indulgentiæ conſequendum, qui eſt remiſsio temporalis pœnæ. 4.

Gratia quo tempore requiratur ad indulgentiam lucrandam? in quo duo conſiderantur tempora, & pro eo in quo indulgentia conſummatur, & applicatur, gratiã neceſſariam eſſe omnino tenendam. 5.

Gratia an requiratur tempore quo opera ad indulgentiam lucrandam fiunt? duo referuntur opiniones, & ſubſtinetur negatiua per ſe loquendo, & ex vi talis operis. 6.

Gratia quando expoſtulatur? ſi aliquis propter defectum illius impeditur conſequi indulgentiam, nec illam obtinebit recedente fictione; & ibi differentia quo ad hoc, inter indulgentiam & ſacramenta. 7.

Confeſsio an neceſſaria, ſit ad indulgentiæ effectum? reſoluitur cum diſtinctione. 8.

Textus in extrauaganti Vnigenitus in illis verbis, verè pænitentibus & confeſſis interpretatur, & alia ad propoſitum. 9.

Communio ſi requiratur ad lucrandam indulgentiā, & expreſſe non poſtuletur confeſsio, an ipſa reputetur poſtulata? 10.

Bulla Iobelei D. Iacobi ibi, verè pænitentibus & confeſsis intelligitur. 11.

Confeſsio Paſchalis non ſufficit ad indulgentiam conſequendam, quando illa requiritur remiſsiuæ, & ponuntur qualitates veræ confeſsionis. 12.

# GLOSSA NONA.

## Vere pænitentibus, & confeſsis.

1 GLoſſa præcedēti diximus de perſonis quę hūc Iobeleū conſequi valēt, In iſta vero Pontifex oſtendit diſpoſitionem quæ ad talem indulgentiam conſequendam eſt neceſſaria, quæ poteſt eſſe duplex, habitualis ſcilicet, & actualis, prior eſt habitus gratię, vel fi-

dei.

dei. Poſterior vero eſt aliquod bonum opus adiunctum indulgentiæ conſequendum neceſſarium, de quo interpretando illa verba & confeſsis dicemus, nunc vero prior diſpoſitio explicanda eſt, quæ pertinet ad illa verba vere pænitentibus; vtraque vero ponitur ſub eadem gloſ. quia tendit ad eundem finem. Circa illam 2
igitur prius ſupponimus neceſſarium eſſe ſtatum fidei per quam ſit homo cõiunctus Eccleſię tanquam membrum eius, hoc à fortiori conſtabit ex his quæ de ſtatu gratiæ dicemus; & nunc ex proprijs oſtenditur, quia indulgentiarum participatio pertinet ad communionem Sanctorum, quam non participant niſi qui ſunt membra Eccleſiæ, membrum autem non participat influxum & cõmunicationem aliorum membrorum niſi debito modo corpori cõjunctum ſit, prima autem vnio membrorum Eccleſiæ fit per fidem, ergo hæc eſt quaſi prima fundamentalis diſpoſitio ad lucrandum effectum indulgentiæ. Vnde conſequitur quod Hæretici ſeu Apoſtatæ etiam ſi baptiſati ſint non poſſunt indulgentiarum fructum participare, nec directè per modum remiſsionis, quod certiſsimum eſt, nec per modum ſuffragij, vt infra dicemus. Nec refert quod quis habeat externam fidei profeſsionem, & vnionem cum Eccleſia, ſi interna fide careat: nam re vera illud potius apparens quam verum membrum exiſtit. Similiter nec excommunicati, quia excommunicatio priuat hominem omni fructu, & participatione indulgentiarum, directæ & per modum abſolutionis, in quo loquimur de excommunicatione formaliter & ratione ſui, & non tantum ratione ſtatus peccati mortalis,

quam

quem ſolet ſupponere; nam licet contingat excommunicatum per contritionem redire ad ſtatum gratiæ, nõ poterit indulgentias lucrari donec ab excommunicatione abſoluatur, quia per excommunicationem priuatur efficaciter omni communione Eccleſiaſtica; præſertim interna, & ex omnibus Eccleſiæ bonis, vt diffinitio excommunicationis indicat; & tenent omnes DD. de ipſa tractantes, & in noſtro caſu Suar. diſputa. 52. ſeſſ. 2. num. 3. Henriq. lib. 7. cap. 18. num. 2. qui alios
3 refert. Suppoſita ergo internæ fidei vnione, & externę communicationis difficultas, ſupereſt an requiratur etiam vnio charitatis? ſeu quod idem eſt, an requiratur ſtatus gratiæ, tanquã neceſſaria diſpoſitio ad lucrandam indulgentiam? in qua primo certum eſt, indulgentiam non valere illi qui eſt in peccato mortali ad remiſsionem pœnæ temporalis, ratione illius peccati in quo perſeuerat, quia vt diximus ſupra pœna non remittitur, niſi prius remittatur culpa: Vnde hoc nõ eſt proprium ſolius peccati mortalis, ſed commune etiam veniali, quia non prouenit præciſe ex carentia gratiæ, ſed ex duratione culpæ, & ſic ſi aliquis iuſtus habeat venialem culpam nondum remiſſam, reſpectu illius non poterit conſequi effectum indulgentiæ, quia nõ poteſt reatus pœnę auferri manente culpa, & in hoc conueniunt omnes Theologi, teſte Suar. vbi ſupr. diſputat. 52. ſeſſ. 20. num. 4. Hoc ſuppoſito dubium eſt an indulgentia valeat homini exiſtenti in peccato mortali, ſaltem ad remiſsionem temporalis pœnæ, ex peccatis iam remiſsis relictæ? in quo Theologi qui exiſtimant vel ſatisfactionem pœnæ peccatoris poſſe illi pro-

deſſe

deſſe ad hunc effectum, vel ſatisfactionem vnius iuſti oblatam pro peccatori acceptari pro illo ad ſimilem effectum; conſequenter & a fortiori dicerent peccatorem poſſe lucrari indulgentiam ad huiuſmodi effectũ, ſi alioquin opus iniunctum exequatur, quia maioris efficatiæ eſt ſatisfactio Chriſti, & Sanctorum, quam ſatisfatio peccatoris, & ſimiliter efficacior eſt applicatio facta a Chriſti vicario, quã facta a priuata perſona, atque hoc modo poteſt hæc opinio ſummi ab Scoto in 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 4. & expreſsius affirmãt Mairon, & Guillermus de Rubion, diſtinct. 20. quæſt. 1. Nihilominus tamen dicendum eſt ſtatum gratiæ eſſe 4
diſpoſitionem omnio neceſſariam ad proprium fructũ ſeu effectum indulgentiæ conſequendum, qui eſt remiſſio temporalis pænæ; & hæc eſt communior ſententia Theologorum in 4. diſtinct. 20. qui communiter tria requirunt ad valorem indulgentiæ, poteſtatem ſcilicet in dante, pietatem in cauſa, gratiam in ſuſcipiẽte, ſumitur ex D. Thom. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 5. & in additionibus quæſt. 27. art. 1. Adrianus tractat. de indulgentijs col. 3. Gab. in Canon. lect. 56. & eius ſupplementum in 4. diſtinct. 45. quæſt. 1. art. 2. Medina in C. de oratione quæſt. 25. Suar. vbi ſupra num. 6. Henriq. lib. 7. cap. 9. num. 5. in fine. Siluest. Angel. & alij ſummiſtæ verbo indulgentia. Ratio eſt euidens quia homini inimico Dei quamdiu in peccato exiſtit nulla remiſſio fit, nec quo ad culpam, nec quo ad pænam, quia indignus eſt tali remiſsione, & nulla eſt promiſsio, immo nec congrua eſt ratio ob quam in illo ſtatu talis remiſsio concedatur. Vnde intelligo & interpretor text.

in extrauaganti Vnigenitus de pænitentijs & remiſſ.
vbi cum Clemens VI. dixiſſet Chriſtum Dominum in
finitum theſaurum hominibus reliquiſſe, ſubdit ibi,
quo qui vſi ſunt, amicitiæ Dei participes ſunt effecti,
quaſi dixiſſet nemini poſſe applicari illum theſaurum,
niſi ei qui amicitiam Dei participauerit; Vnde ſubiun
git Chriſtum reliquiſſe Petro, & ſucceſſoribus eius hũc
theſaurum diſpenſandum fidelibus, ad remiſsionem
pænæ temporalis, declarat autem modum ſeu condi-
tiones neceſſarias, ſcilicet quod diſpenſatio fiat ex ra-
tionabili cauſa, & quod vere pænitentibus concedatur:
probaturque alia ratione, quia per ſacramentum non
applicatur ſatisfatio Chriſti ad remittendam pænam
temporalem illi qui in peccato mortali perſeuerat; er-
go multo minus, applicari poterit per indulgentias, ar-
gumento textus in authent. multo magis C. de Sacro
ſanctis, cap. cum in cunctis de electione cum vulgari-
5 bus. Quo autem tempore gratia requiratur ad indul-
gentiam lucrandam, dubitãt DD. in quo duo tempora
conſiderari oportet, vnum eſt punctum illiud temporis
in quo indulgentia conſumatur, & effectus illius con-
fertur, Aliud eſt in quo fiunt opera ad talem indulgen-
tiam lucrandam requiſita Dubitari ergo poteſt an in
vtroque tempore vel in altero tantum? & in quo eorũ
gratia requiratur? in quo reſolutiue dico gratiam ſal-
tem neceſſariam eſſe pro eo tempore quo indulgentia
conſumatur, & applicatur, hoc autem probant omnia
illa quæ ſupra proximæ diximus, in quo magis inmo-
randum non eſt, quia hæc diſpoſitio per ſe neceſſaria
eſt propter effectum indulgentiæ, quia ſine illa non eſt

homo

homo proxime ac moraliter capax remiſsionis pœnæ temporalis: ergo pro eo tempore neceſſaria eſt talis diſpoſitio pro quo ſeu in quo conferendus eſt talis effectus, ita ex communi DD. ſententia Suar. diſputat. 52. ſeſſ. 2. num. 7. Quoad ſecundum vero tempus in quo 6
opera ad indulgentiam lucrandam fiunt duæ fuerunt opiniones. Prima fuit eorum qui requirunt ſtatum gratiæ etiam ad opera in iunta Iobeleo ad implenda, quam tenuit Caietan. in opuſculo de indulgentijs ad Iulium cap. 9. & in alio opuſculo de indulgentijs quæſt. vltim. quibus locis ita interpretatur indulgentiarum formam qua dicitur omnibus contritis, vel confeſsis, hoc vel illud facientibus talem indulgentiam concedi, vt contritio poſtuletur non tantum ad ipſam indulgentiam, ſed etiam ad opera quæ prȩcedere debent, quam opinionem aliqui recentiores ſequntur, præſertim Nauar. de anno Iobelei nota. 19. num. 7. & ſequentibus, cuius quamplurimæ aſsignantur rationes, inter omnes tamen illa præſtantior videtur, quod ſatisfationes Chriſti, & Sanctorum, quȩ in theſauro Eccleſiæ reconditæ ſunt, per viua opera fuerunt comparatæ, ergo etiam per viua opera applicari debent, quia theſaurus diſpenſari debet propter opera illa proportionata, & ideo vitalis theſaurus propter vitalia opera diſpenſandus. Deinde quia ſi indulgentia ſimul cum opere concedatur, clarum eſt requiri gratiam, quia ſine illa nullus datur fructus indulgentiæ: ſi vero opus præcedit indulgentiam, ex tunc etiam prȩcedit meritum quod ex parte hominis eſſe poteſt ad talem indulgentiam obtinendam, ergo neceſſe eſt vt tunc opus procedat a gratia,

ſine qua nihil eſt meriti, aut pietatis apud Deum. Nihilominus tamen dicendum eſt per ſe loquendo & ex vi talis operis non eſſe neceſſarium vt in ſtatu gratiæ fiant, quod maxime locum habet quando opus præcedit indulgentiam, vel omnino, vel ex parte, nam ſi conſumatur opus quando dandus eſt fructus indulgentię, tunc erit neceſſaria gratia propter fructum, non propter opus: ita intelligenda eſt aſsertio iuxta cōmunem formam concedendi indulgentias, nam non eſt dubiū quin poſsit ſum. Pontifex poſtulare ſtatum gratiæ, etiā quando opus fit, quia poteſt indulgentiam concedere ſub tali conditione pia, prout voluèrit, aut expedire cenſuerit, poteſt igitur exigere opus in ſtatu gratiæ factum, hoc autem non eſt neceſſarium, quod Caietan. intendebat & ita iuxta communem formam id non poſtulari, ſed ſolum vt aliquis ſit in ſtatu gratiæ eo tempore quo applicatur indulgentia, quæ ſententia communis eſt, & inſinuata a D. Thom. quodlibeto 2. artic. vltimo, quatenus ait requiri ad indulgentiam vt ſit in ſtatu gratiæ qui eam recipere vult, clarius hoc tenet Paludan. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 4. art. 3. Antoninus 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 4. & 5. Silueſt. verbo indulgentia num. 32. referens Archidiacon. quem etiam ſequitur ſumma Tabiena, & alij ſummiſtæ Sot. diſtinct. 21. qu. 2. art. 4. ante ſecundā concluſionem Henriq. de indulgent. lib. 7. cap. 9. num. 5. Suar. diſputat. 52. ſeſſ. 5. Eman. Rodrig. in explicatione Cruciatæ §. 2. num. 2. eandem ſententiam ſupponit gloſ. in extrauaganti 1. de pænitentijs, verbo cōfitebuntur, Felin. tracta. de indulgen. num. 28. qui alios refert. Fundamentum ita explicari

poteſt,

poteſt, indulgentiã concedere ſub conditione talis operis, abſtrahendo ab hoc quod in gratia vel ex gratia fiat, ergo quoties aliud expreſſe non declarat, ita interpretanda eſt conceſsio, ſed in communi forma concedendi indulgentiam ſeu Iobeleum ita fit, ergo; maior probatur, quia illo modo poſſunt ſufficienter concurrere conditiones omnes ad indulgentiam requiſitæ, ſcilicet authoritas in concedente, nam hæc nunquã deeſt in ſummo Pontifice ſi cætera adſint, capacitas in recipiente, quam ſufficienter habebit ſi tempore quo applicandus eſt theſaurus ſit in gratia, & pietate, in cauſa ſeu fine, quæ optime ſubſiſtere poteſt, etiã ſi dum opus ſit gratia non exigatur, vt per ſe notum videtur. Nec refert quod ſatisfationes Chriſti, & Sanctorum quæ in in theſauro reponuntur fundatæ fuerint in operibus viuis, nam inde ad ſummum infertur non poſſe communicari ſeu applicari niſi mẽbris viuentibus, quamuis nondum viuerent quando operatæ fuerunt, nam ad hoc ſæpe confertur indulgentia vt defectum, & imperfectionem hominis in hac parte ſuppleat, cuius exemplum habemus in Sacramentis, vt enim per ſacramentum applicentur viua opera & merita Chriſti, nõ ſemper neceſſarium eſt vt præcedat aliquod opus viuum ex parte recipientis, idem ergo eſt in præſenti controuerſia ſeruata proportione, intercedit enim differentia quod per Sacramentum datur interdum ipſamet vita & gratia, & ideo ad illam applicationem quę per Sacramentum fit, non ſemper ſupponitur gratia, ſed tantum ſufficiens diſpoſitio ad illam, per indulgentias vero non applicatur theſaurus meritorum Chriſti

ad gratiam ipſam cōferendam, ſed ſolum ad quendam ſecundarium effectum qui in ipſo quidem ſubiecto gratiam prærequirit, non tamen in quolibet opere qui ad talem effectum poſtulatur. Et pia cauſa ad indulgentiam neceſſaria poteſt eſſe ſuffitiens abſque opere viuo & formato per gratiam, falſumque eſt tale opus nullam vtilitatem habere apud Deum ſi ex gratia ſanctificante procedat, quia potius prudens & vtilis eſt talis conceſsio, vt peccatores ad opera pietatis fundata alliciantur, quibus paulatim ad iuſtitiam ſe diſponant.

7 Vnde impedito propter defectum gratiæ quando ipſa expoſtulatur recedente fictione indulgentia non recuperatur: nec licet ſumere argumentum in hoc a ſacramentis, cum inter vtrumque caſum maxima ſit differentia, eo quod ſacramentum vere perficitur & applicatur homini abſque effectu, propter fictionem, qua poſtea ablata datur effectus propter Sacramentum prius applicatum: Indulgentia vero re vera in ſe non perficitur nec applicatur quandiu eſt fictio, quia nec conditio ad illam requiſita impleta eſt, nec etiam eſt facta applicatio theſauri donec contritio habeatur iuxta formam conceſsionis, quod ſi in ipſa conceſsione nulla fiat mentio contritionis, aut ſtatus gratiæ (vt ſæpe contingit) ſed ſimpliciter dicatur recitans hoc, vel illud, talem indulgentiam conſequatur, ſi ſtatim non conſequitur effectū propter fictionem nunquam poſtea recuperabit illum, quia forma conceſsionis ad hoc non extenditur, & applicatio theſauri impedita fuit pro eo tempore pro quo fundata fuiſſet ex intentione

con

concedentis, & ideo non eſt vlla ratio cur poſtea recedat. Vnde non ſolũ impeditur per fictionẽ applicatio quo ad effectum extra, ſed etiã quo ad acceptationem Dei, quia diſpenſatio theſauri abſolutè & ſimpliciter fit intra illud tempus, & quia ille qui in peccato exiſtit per ſe loquendo indignus eſt omni applicatione illius effectus etiam in acceptatione Diuina, & quod aliquando aliquid ſimile fiat in ſacramentis eſt aut propter ſpetialem ſacramentorum dignitatem, aut ex ſpetiali priuilegio, ob aliquam peculiarem cauſam, quæ in indulgentijs locum non habet vt dictum eſt, ita elegãter Suar. dict. diſputat. 52. ſeſſ. 2. in fin. n. 18. An vero 8
ad indulgentię effectum ſit neceſſaria confeſsio? pendet ex diſtintione quã breuiter expediemus, aut enim loquimur de confeſsione quatenus eſt neceſſaria ad gratiam, vel quatenus eſt pium quodam opus, quod poſtulari poteſt ad effectum indulgentię: priori modo certum eſt, cõfeſsionem re ipſa exhibitam non eſſe neceſſariam ad indulgentiam, ſeu eius effectum conſequendum, quod manifeſte probatur quia non eſt neceſſaria ad gratiam & remiſsionem culpæ obtinendam, ſed ad lucrandam indulgentiam ſufficit ſtatus gratiæ per quẽ iam eſt culpa remiſſa, & peccator factus eſt capax remiſsionis pænæ, ergo ex vi indulgentiæ vt ſic, non eſt neceſſaria confeſsio ad effectum, & ſic quotidie conceduntur indulgentiæ vere contritis, & interdum ſub diſiunctiua vel confeſsis, ergo ſignum eſt per ſe & exui diſpoſitionis ſufficere contritionem quæ votum confeſsionis includat: Ex quo infertur quod quoties in forma indulgentiæ nihil de confeſsione, vel contritione,

expri

exprimitur, ſed ſimpliciter aliquod opus piũ fieri præcipitur, tunc non eſſe neceſſariam confeſsionem ad effectum indulgẽtiæ, ſed ſufficere ſtatum gratiæ quacum
9 que ratione comparetur. Vnde infero intellectum ad text. in extrauaganti, Vnigenitus de pænitent. & remiſ. infert enim difficultatem contra doctrinam proxime relatam dum Clemẽs in illa ait Petro eſſe relictam poteſtatem diſpenſandi theſaurum, illumque miſericorditer applicandi vere pænitentibus, & confeſsis, ergo non eſt in Eccleſia poteſtas applicandi theſaurum per indulgentiam, niſi illis tantum qui fuerint ſua peccata confeſsi; & ex conſequenti doctrina proxime dicta corruit. Vera tamen interpretatio ſit, Pontificem per homines contritos, & confeſſos, nihil aliud ſignificare quam homines in gratia conſtitutos, qui veniam ſuarum culparum conſequti ſunt, nam licet hæc venia poſſit interdum obtineri per ſolam contritionem, tamen quia nomen contritionis aut veræ pænitentiæ interdum generalius ſumitur prout extenditur ad attritionem, ideo contritioni adiungitur confeſsio, ſolum tamen exigitur quatenus neceſſaria eſſe poteſt ad remiſſionem culpæ mortalis, vel in reipſa ſi contritio fuerit imperfecta, vel in voto, ſi illa perfecta fuerit, ſicut e contrario contritio in tantum poſtulatur in quantum neceſſaria eſſe poteſt ad talem effectum, ſcilicet vel perfecta ſi ſola fuerit, vel ſaltem imperfecta ſi coniuncta fuerit ſacramento, ita Suar. diſputat. 52. ſeſſ. 3. num. 3. Secundo vero modo vnum eſt conſtans apud omnes, ſcilicet poſſe Pontificem poſtulare confeſsionem actualem vt conditionem neceſſario præmittendam ad lu-

eandem indulgentiam, quod patet tum ex vſu, tum etiam quia Papa poteſt exigere alia opera pietatis, & vſum Sacramenti Euchariſtiæ, nec in ſacramento confeſsionis eſt aliqua ſpetialis repugnantia, vel ratio ob quam non poſsit hoc modo poſtulari, ſolum ergo oportet attente inſpicere verba conceſsionis, an ſatis expreſſe hanc conditionem exigant? nam eſt cõditio valde oneroſa, quę non eſt imponenda niſi ſuffitienter exprimatur; erit autem ſuffitiens expreſsio ſi dicatur præmiſſa aut facta confeſsione, vel aliquid ſimile, nam hæc verba iuxta communem ſenſum ſignificant confeſsionem ſacramentalem in reipſa factam. An vero in illo caſu ſit neceſſaria confeſsio veni alium, aliqui in quæſtione poſuerunt, exiſtimo tamen veram eſſe illam ſententiam quæ aſſerit non eſſe neceſſariam confeſsionem veni aliũ, vt rectè docuit Antoninus, 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 10. Nauarr. de anno Iobelei not. 18. nu. 17. & not. 30. num. 6. Suar. diſputat. 52. ſeſſ. 3. num. 5. & 9. Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ §. 2. num. 13. Henriq. cap. 12. nu. 2. Etiam ſi expreſſe requiratur confeſsio omnium peccatorum, nam confeſsio ſimpliciter dicta, ſolum intelligitur de mortalibus, & ita licet addatur confeſsio omnium peccatorum, comprehenduntur tantum mortalia, quæ ſunt ſimpliciter peccata: Item quia confiteri omnia peccata venialia in particulari, & in ſpetie, eſt fere impoſsibile, confiteri autem illa in vniuerſali, eſt valde accidentarium: ergo non eſt veri ſimile hoc exigi a Pontifice, tutior tamen erit vt confiteatur ſaltim aliquod veniale vt adimpleat formam indulgentiæ, quod vt clarum ſupponit Sot. diſt.

21.quæſt.2.art.3.col.5. Caietan.tom.1.tract.15.de indulgentijs ad Iul.cap.10. Adrianus de indulgentijs, Ledeſm.quæſt.29. art.1. Durand. diſt.20. quæſt.4. Corduu.quæſt.27.idem fatetur Nauarr.not.18. in princip. Henriq. vbi proxime. Suppoſita tamẽ priori opinione ex ea conſequitur idem dicendum eſſe in mortalibus, ſi ex naturali obliuione, vel alia iuxta cauſa omittantur, nam etiã in iſto caſu lucrabitur indulgentiam, quia intentio Pontificis ſolum eſt poſtulare confeſsionem integram humano & morali modo, tum quia peccata oblita virtute, & implicite ſunt contenta in peccatis confeſsis; vt omnes qui de confeſsione loquntur tenent, Nauarr. 30.notab. num.11. & in cap. fin. num. 64. & ſequ. de pænitent. diſtinct. 6.Suar. vbi proxime, num. 9. dummodo tamen illorum pæniteat, Nauarr. dict.num.11. & notab.18.num.14. omnes in cap. omnis vtriuſque ſexus de pænitẽt. & remiſſ. Si vero poſt confeſsionem factam neceſſariam ad Iobeleum peccet quis mortaliter, ante illud momentum in quo fructus indulgentiæ obtinendus eſt, exiſtimo iterum confiteri debere, nec ſufficere conteri de peccato cõmiſſo, quia ex vi illius formæ requiritur confeſsio omnium mortalium, quę vſque ad tempus indulgentiæ commiſſa ſunt, nam talis confeſsio refertur ad indulgentiam, & ideo comprehendit totum tempus vſque ad prędictum terminum, & conſequenter omnia etiam peccata intra illud tempus commiſſa; non ergo ſufficit prior confeſsio, quia non fuit de omnibus peccatis modo explicato. Vnde licet per vnam confeſsionem poſsit ſatisfieri tali Iobeleo non tamen per quancumque, ſed per

quam

quamcunque, ſed per eam quæ fuerit integra modo prędicto, tenet Suar. ſup. num. 7. Vnde infero quod ſi quis confiteatur occaſione talis Iobelei, & bona fide obliuiſcatur alicuius peccati, poſtea vero recordetur illius ante elapſum Iobelei tempus, neceſſarium illi eſſe intra illud tempus tale peccatum cōfiteri; alioquin fructum Iobelei non conſequetur, ratio eſt ſupradicta, quod ex vi talis formæ neceſſaria eſt confeſsio talium peccatorum.

Rurſus vero inquiri poteſt ſi ad lucrandam indul- 16
gentiam requiratur communio, & expreſſe non poſtuletur confeſsio, an confeſsio reputetur poſtulata? & ex dictis videtur quod ſic. Nihilominus tamen dicendum eſt ex vi talis conceſsionis non requiri actualem confeſsionem, nam licet ex vi iuris diuini præmittenda ſit tunc confeſsio ad Euchariſtiam digne ſumendam, tamen indulgentia per ſe ad hoc non obligat, quia in cōceſsione non exprimitur, & verba priuilegij ſicut non plus fauoris concedunt quam exprimant, ita nec plus oneris imponunt, Oldraldus conſil. 268. quæſtio eſt vtrum, in principio num. 1. verſi. ſed in contrarium Detius conſil. 113. verſic. non obſtat ergo, dicit communem incertus Author poſt regulas Socinij regu. 8. facit l. ſi Ruffinus vbi omnes C. de teſtamento militis, quo circa ſi contingat aliquem habentem concientiam peccati mortalis digne communicare cum ſolā contritione, ſine confeſsione, vel quia ex ignorantia inuincibili, vel quia caret copia confeſsoris aut aliqua alia occaſione bona fide id faciat, verē lucrabitur talem indulgentiam quia implet formam eius, quam tamen

non lucraretur ſi in ipſa forma fuiſſet expreſſa confeſſio, nam vt ſæpè repetitum eſt, qui non implet conditionem in indulgentia poſtulatam, non lucratur illam, etiam ſi per impotentiam, vel ignorantiam, tale opus omittat, l. qui hæredi 44. l. Mębius 54. ff. de conditionibus & demonſtrat, & vtrobique Bart. & ſcribentes, & eadem vel maiori ratione qui faceret confeſsionem cum aliquo defectu impediente valorem ſeu veritatem ſacramenti ſine noua culpa ſua, ſeu aduertentia, & poſtea bona fide acceſſerit ad communicationem, & per eam iuſtificaretur, & cōſequeretur indulgentiam, quia nulla conditio illi deeſt, quod ſecus eſſet ſi in indulgentia confeſsio expoſtularetur, Suar. ſup. num. 7. Contrarium tamen verius videtur, quia per ſe loquendo ad communionem requiritur confeſsio, ſi quidem qui mortaliter peccat iure diuino tenetur confiteri ante communionem, ergo qui poſtulat communionem ad conſequendam indulgentiam, conſequenter expoſtulat confeſsionem, pro illo qui habet conſcientiam peccati mortalis ſaltem, quia in iſto caſu loquimur, ita Nuño in additionibus ad 3. part. quæſt. 25. art. 3. dub. 3. qui reſpondit rationibus, Suarez, vtraque tamen opinio probabilis eſt & poteſt ſuſtineri.

11 Ex quibus omnibus iam venit interpretanda noſtra bulla in verbis huius gloſſæ, dum inquit Pontificem hanc indulgentiam concedere verè pænitentibus, & confeſsis; circa quæ verba dubitant frequēter DD. An quando in aliquo Iobeleo inuenitur, ex illorum vi neceſſario præmittenda ſit actualis confeſsio, ad indulgentiam lucrandam? hæc enim forma & ſimilia verba

habentur

habentur in extrauagantibus de pænitent. & remiſſ. in bulla Gregor. XIII. circa Iobeleum Romanum, quam expoſuit & explicauit Nauar. in fine tractat. 6. de anno Iobelei, idem inuenitur in Clementina vnica de reliquijs & veneratione Sanctorum, in Conci. Lateranenſe ſub Innocenc. III. cap. vltim. & multi cenſent ex vi illorum verborum neceſſario eſſe præmittendam confeſsionem vt poſsit effectus obtineri; ita Durand. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 4. Adrian. in 4. materia de indulgentijs, idem ſentit Caietan. opuſculo de indulgentijs cap. 20. & poteſt ſummi ex Silueſtro verbo indulgentia quæſt. 8. diſtinct. 4. Rationem aſsignant quia verba illa requirunt confeſsionem præter pænitentiam; Vnde videntur neceſſario intelligenda de confeſsione externa, & in re ipſa, maxime cum indulgentiæ non plus valeant quam ſonant. Addunt tamen aliqui non ſemper eſſe neceſſarium eo tempore confeſsionem præmittere cum indulgentia obtinenda eſt, ſed ſatis eſſe ſi debito tempore anni facta fuerit confeſsio, quod ſi poſt illam commiſſum fuerit peccatum mortale ſufficere contritionem, cum propoſito confitendi illud tempore debito, ita ſentit D. Antonin. 1. part. tit 10. cap. 3 §. 5. Supplementum Gabrielis in 4. diſtinct 45. quæſt. 3. artic. 3. dub. 1. cuius eam reddunt rationem, quia in illis verbis non dicitur expreſſe vt tunc fiat confeſsio, ſed ſolum generatim conceditur hominibus iam confeſsis, ergo ſufficienter verificantur in illis hominibus qui ſecundum ius confeſsi ſunt quando tenentur, quia verba generalia cuiuſcumque priuilegij ſecundum ius interpretanda ſunt, cap. 1. vbi DD. de reſcript. l. ſi quando vbi

Barth. & alij C. de inofficioſo teſtamento cap. duduni vbi Anton. de Butrio de donatio. Aretin. conſ. 163. diligenter & mature col. fin. Socinus conſ. 110. lib. 1. cap. 1. §. nunquid de priuilegijs in 6. vbi Geminia. 1. notat. contra iſtam tamen limitationem fortiter arguit Caietan. ſupra in quo pro nunc non inſiſto; apud ipſum tamen videre poteris. Alij vero putant ex vi illorum verborum non requiri ſemper confeſsionem ſacramentalem in re, ſed tunc ſolum quando interior pænitentia quamuis vera ſit, non tamen perfecta, ſeu gradum contritionis attingens, nam quando huiuſmodi fuerit ſufficeret confeſsio in voto, ita ſentiunt Paludan. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 4. art. 3. Gerſon. Alphabet 33 litera R. idem ſentiunt noſtrates cum gloſ. in Clement. vnica de reliquijs & veneratione ſanctorũ, vbi Cardinal. ita illam interpretatur, idem ſentit Ioan. Andr. in cap. quod autem de pænitent. & remiſſ. Abb. in cap omnis vtriuſque ſexus, de pænitent. & remiſſ. late Fe'in. in tractat. de indulgentijs num. 25. & ſequentib. & quamuis in principio videatur limitationem ſupra poſitam indicare, tamen ſi conſideretur attentius hanc potius ſequitur.

In iſta contrarietate pater Suar. dict. diſputat. 52. ſeſſ. 3. num. 13. inquit iſtam ſecundam ſententiam eſſe valde probabilem, ſed oppoſitam eſſe ſecuriorem, & quod propter hoc conſulendum ſæpe erit vt quoties forma indulgentiæ, & Iobelei huiuſmodi fuerit actualis, confeſsio præmittatur ſi fieri poſsit, vt omne dubium tollatur, ſi tamen de facto ommiſſa fuerit putat contritionem ſufficere, ſed ſalua pace doctiſsimi viri, & noſtrorum

tum qui poſteriorem partē tenent, ego exiſtimo quod neceſſario tanquam conditio ſine qua non, requiratur confeſsio de peccatis mortiferis, quando ſub tali forma verborum indulgentia fuerit conceſſa, ponderando dictionem illam, &, quæ copulat, & requirit cōcurſum copulatorum, l. ſi hæredi plures ff. de condition. inſtit. l. ſi ita quis, l. ſi quis ita ff. de verborum obligationib. tradit gloſſ. cum communi in cap. 2. de reſcript. DD. in dictis legib. Detius conſil. 89. num. 2. Pariſius conſi. 34. num. 8. volum. 2. Paulus conſil. 44. num. 3. volu. 1. Bart. in l. 1, num. 2. Iaſon. num. 2. ff. de iuſt. & iure. Felin. in c. 2. num. 32. verſi. copula de reſcript. Rochus de viſitatione verbo, & ij, pag. 254. Pariſ. conſ. 95. num. 7. volu. 1. & conſ. 63. num. 14. volum. 3. Nec ignoro quod quando dictio &, ponitur inter ea quæ ſunt eiuſdem poteſtatis ſeu effectus, conſtituitur pro vel, & reſoluitur in diſiunctiuam. Oldrald. conſ. 161 nu. 8. & ibi additio Portel. de conſort. cap. 1 ex num. 20. vbi optime l. ſæpe vbi late Alexand. de verborum ſignifi. Tiraquel. de retract. Linagier §. 1. gloſ. 20. num. 3. ad finem Burſatus conſ. 81. ſolut. 1. num. 20. & ſic videtur ſuppoſito quod idem operatur contritio & confeſsio, videlicet conſtituere hominem in gratia & amicitia Dei, dictio &, in noſtro caſu debet reſolui in diſiunctiuam: Quia reſpondeo, quod licet contritio & confeſsio conſtituant peccatorem in gratia, habent tamen alios effectus diuerſos, vt omnibus in comperto eſt, in quibus non immoror ne in rebus claris tēpus conſumamus. Deinde quia multi raro aut nunquam iuſtum de peccatis dolorem concipiunt, ſine Dei ſingulari auxilio, & cum ſacra-

mento de attrito peccator fit contritus, quia hæc eſt excellentia,& virtus ipſius vt omnes Theologi, & iuriſperiti vno ore confitentur, eſt que propoſitio Catholica, & fortaſsis hac conſideratione motus Pontifex, dixit in noſtra Bulla vere pænitentibus, & confeſſis, vtrumque ex poſtulando. Vlterius quia a verborũ proprietate non eſt recedẽdum l.non aliter ff de legat. 3. cap. intelligentia de verborum ſignifi. gloſſ. in cap. cupientes §.quod ſi per viginti de electione lib.6.& forma diligenter eſt ſeruanda, l. diligenter ff. mandati, cap. piſſanis de reſtitutione expoliatorum, & ita hanc contrariam ſententiam tenet vltra ſupra relatos, gloſſ. verbo confeſsis,in extrauaganti Antiquorum de pæni et. & remiſſ. quæ intelligit illud verbum non ſolum de illi qui propoſitum habuerunt confitendi, ſed de illis qui de facto fuerunt confeſsi; idem ſentit col.2.& 4. quæ gloſſæ maximam authoritatem habent, eo quod author illarum Ioann. Monachus erat Cardinalis & multa de interpretatione Bonifacij conditoris illius extrauagantis facta viua voce audiuit, & idem tenet Thomas de Rio alter Cardinalis tractat. de indulgentijs cap.10.affirmat Nauarr. eodem tracta.18. nota. idem in explicatione Bulle Gregorij XIII. verbo confeſsi quamuis olim contrarium affirmaſſet in extrauagant. dict. Antiquorum. Hoc tamen limitat in eis qui iure vel facto iuſte à confeſsione actu facienda impedirentur. Quare in terminis noſtræ Bullæ certum iudico confeſsionem actualem deſiderari ad indulgentiam conſequendam, nec ſatis eſſe contritionem habere, & ita interpretanda eſſe illa verba vere pænitentibus,

bus, & confeſsis, quæ nō aliter intelligenda ſunt, quam ſi diceret Pontifex vere contritis, & confeſsis, in quo caſu magis admitterem opinionem contrariam, cum diſpar ratio in vtroque caſu verſetur, nec illud verbum pænitentibus, etiam ſi adjiciatur aduerbium verè, dicit contritionem perfectam, cum generalis ſit. Hanc tamen noſtram ſententiam temperarem cum Nauarro vbi proxime, quādo non adeſſet copia cōfeſſoris, prout non ſemel vidi in aliquibus Iobeleis huius Apoſtolicæ Eccleſiæ, propter multitudinem peregrinorum quibus nec Religioſi, nec Clerici, nec Canonici, neç etiam Prælatus, quem vidi ſæpe ſæpius audire confeſsiones ſuffitiunt ad eas audiendas, & ita multi ſine vocali confeſsione reuertuntur, quo caſu veram contritionem ſufficere iudico. Nec ſatisfaciet cum confeſsione Paſchali, prout in ſimili reſoluit Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ §. 7. dub. 2. Qualis autem debeat eſſe iſta confeſſio, & quas qualitates habere debeat? cum breuitati conſulamus his verſibus adinuenies.

*Sit ſimplex, humilis, confeſsio, pura, fidelis,*
*Atque frequēs, nuda, diſcreta, libēs, verecunda,*
*Integra, ſecreta, lachrimabilis, accelerata,*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere, parata.*

## GLOSAE DECIMAE.

### Summarium.

V*Iſitare Eccleſiam diui Iacobi anno Iobelei, eſt de forma ſubſtantiali, & quomodo fieri debeat*

*iſta viſitatio, num. 1.*

*Viſitare Eccleſiam diui Iacobi adeo neceſſarium eſt, & de forma* Iobelei, *quod licet per impotentiam vel naturalem obliuionem, ſeu quamlibet aliam cauſam quantumuis inuoluntariam opus omittatur, effectus indulgentiæ ceſſat. 2.*

*Viſitatio Eccleſiæ diui Iacobi anno* Iobelei *quomodo fieri debeat. 3.*

*Viſitare intendens Eccleſiam diui Iacobi anno Iobelei, ſi non poteſt ingredi Eccleſiam propter multitudinem peregrinorum, ſufficit, quod extra illam orationem faciat. 4.*

*Viſitare Eccleſiam diui Iacobi an ſit neceſſe anno Iobelei ab incolis per triginta dies, & ab exteris per quindecim? 5.*

*Viſitantes Eccleſiam diui* Iacobi *anno Iobelei, vel facientes opus ad quamcumque indulgentiam requiſitum, an ſtatim & æqualiter fructum eius conſequantur? late diſcutitur, 6.*

*Textus in extrauaganti Antiquorum de pænitent. & remiſſ. in illis verbis, ibi: vnuſquiſque plus mærebitur, & indulgentiam efficatius conſequetur, & c. variæ interpretatur, & tandem ſententia authoris interponitur. 7.*

*Viſitantes Eccleſiam diui Iacobi anno Iobelei, an portam*

*tam ſanctam vulgo* del perdon, *ingredi teneantur, vt conſequantur indulgentiam?* 8.

*Viſitantes Eccleſiam diui Iacobi* Iobeleum *conſequuntur, quando feſtum eius venerit in Dominica, à veſperis Circumciſionis, per totum annum integram.* 9.

# GLOSSA DECIMA.

## Eccleſiam prædictam viſitantibus.

HOc requiſitum eſt de forma ſubſtantiali noſtri Iobelei, ſine quo lucrari minime valet, cum regula generalis ſit, quod quoties indulgentia conceditur ſub tali forma, vt certum aliquod opus fiat, neminem lucrare indulgentiam, niſi tale opus exequatur. Quod adeo verum eſt vt licet per impotentiam, vel naturalem obliuionem, vel quamlibet aliam cauſam quantumuis in voluntariam opus omittatur, effectus indulgentiæ impediatur, niſi in ipſamet conceſsione talis exceptio declaretur, & ſub alia forma ſeu conditione idem indulgentiæ effectus perſonis impeditis tribuatur, & hæc eſt communis doctrina Theologorum in 4. diſtinct. 20. vbi ſpecialiter Bonauentu. part. 2. art. 1. quæſt. 4. in fine D. Thom. quodlibet 2. artic. 16. 1 2

Suar.

Suar.diſputat.52.ſeſſ.5. Ratio eſt euidens, quia indulgentia non amplius valet quam ſonat, vt ſæpe repetitum eſt, quia ſolum operatur iuxta voluntatem concedentis, expreſſam per formam: illa autem conceſsio ex vi formæ; conditionata eſt, & ideo non impleta conditione nihil operatur, quia conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, l. qui hæredi 54.l.mæbius 55.ff.de cõdition.& demonſtrat, diximus, gloſ. præcedenti. Quod adeo verum, eſt vt etiam ſi quis partem injuncti operis impleat, partem indulgentiæ non conſequetur, ſecundum proportionem, niſi hoc in conceſsione exprimatur docuit Paludan. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 4. art. 5. quem ſequitur Antoninus 1.part.tit.10.cap.3.§ 4. & ex eis Suar. vbi proxime num.3. Eman.Rodrig.in ſumma cap. 265.num.3.& 5. Ratio, rationis eſt quia conceſsio eſt vnica, & quaſi indiuiſibilis, ſub tali determinata conditione, & ideo qui totum opus poſitum non implet nihil conſequitur, quia ſimpliciter nõ implet conditionem impoſitam, & ex vi illius conceſsionis nihil promiſſum eſt ei qui partem implet, in quo maxime conſideranda ſunt verba conceſsionis: Debet igitur, qui noſtrum Iobeleum conſequi procurat viſitare hoc Sanctuarium, aliàs non lucrabitur, cum de forma ſubſtantiali ſit hæc viſitatio, & hoc cum intentione actuali, vel ſaltim virtuali conſequendi indulgentiam, quia ſi principaliter illam viſitant ex alio fine, nihil faciunt, maxime ſi ſit malus, Nauarr. in cap. ſi quando de Conſecrat. diſtinct.1.cap.6.§.14. Corduu. de indulgentijs quæſt. 25. & ex eiſdem Eman. Rodrig. ſup. num.7.

3 Et iſta viſitatio debet fieri deuote, ita habetur in extra

naganti

uaganti Vnigenitus, ibi: deuotionis, in extrauaganti. Quemadmodum, ibi reuerenter, & in bulla Gregorij XIII. ibi deuote, per quæ verba ſignificatur viſitationes has debere fieri bene, & recte, & quod actus iſte ſit bonus moraliter, Nauarr. in explicatione dicte Bullæ Gregor. num. 44. Si tamen propter multitudinem pe- 4
regrinorum aliquis Eccleſiam ingredi non poſsit, ſufficit quod extra illam orationem faciat vt indulgentiã adipiſcatur, ita colligitur ex ſumma Roſella tit. de indulgentijs §. 22. & ex ea tenet Eman. ſup. num. 6. nec iſtum exiſtimes caſum impoſsibilem, quia multoties illum vidi, maxime cum annus Iobelei finitur. Non 5
inmerito tamen quis dubitare poterit an hoc Sanctuariũ viſitari debeat ab Incolis per triginta dies? a Peregrinis vero per quindecim? & ratio dubitandi oritur ex eo quod Alexander noſtræ Bullæ author dicit ſe concedere iſtum Iobeleum eadem forma & modo quo Eccleſia Romana habet. Cum igitur in Iobeleo Romano hæc forma obſeruetur, vt conſtat ex extrauaganti Antiquorum, extrauaganti Vnigenitus de pœnit. & remiſſ. quod Gregorius XI. Paul. II. Vrban. VI. Martin. V. Nicol. V. Sixtus IIII. in extrauaganti Quemadmodum, & denique Greg. XIII. confirmarunt, igitur idem dicendum eſt in noſtro Iobeleo. Contrarium tamen tenendum eſt, quia nec Calixtus, nec Alexander noſtræ Bullæ authores hoc expoſtularunt, vt ex eadem cõſtat, ſed quod fideles viſitarent Eccleſiam diui Iacobi in diebus quibus eis magis placeret, vt in Bulla continente, quod de vna vice pro obligatione conſequendæ indulgentiæ intelligi neceſſe eſt, argumento text. in l.

 vrbis

vobis §. hoc Sermone ff. de verborum ſignificatione, ex quo textu generalis regula conſtituitur, quod ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, & quod vno actu conſumatur, & perficitur, quam regulam vltra DD. ibi Alexand. conſil. 16. breuiter in caſu præmiſſo columna 2. num. 9. lib. 4. dicit in omni diſpoſitione ſeruari debere, vt etiam Curtius iunior conſ. 132. ſacratiſsime col. 1. Iaſo conſil. 36. in cauſa mota col. vlti. verſ. iſta reſpōſio lib. 3. Nec obſtat ratio dubitandi quia reſpond. verba illa eodem modo & forma intelligenda eſſe, quantum ad extenſionem indulgentiarum, non tamen vno ad diligentias, vt ex noſtra Bulla attente conſideranti colligi poteſt. Ex quibus aliud dubium
6 oritur. Vtrum omnes viſitantes noſtram Eccleſiam, vel facientes opus ad indulgentiam quamcumque requiſitum ſtatim & æqualiter fructum eius conſequantur? & ratio dubitandi poteſt deduci ex eo quod voluntas concedentis indulgentiam ſub conditione talis operis, licet conditionata ſit, tamen expleta conditione trāſit in abſolutam, eſt que omnino efficax, quia ex ſufficienti poteſtate procedit, ergo operatur totū quod per talem conceſsionem promiſſum ſeu declaratum eſt. Vnde ſequitur quod omnes qui opus illud ſuffitienter perficiunt, æqualem effectum indulgentiæ conſequantur: formaliter loquendo. Diximus formaliter loquendo, quia ſi indulgentia ſit plenaria omnes conſequntur illam, & ita in omnibus formaliter eſt idem effectus, ſi autem in vno maior ſit reatus quam in alio, plus ei remittetur, illa vero inæqualitas materialis eſt, & quaſi accidentaria ex parte ſubiecti, & ſimiliter ſi in-

dulgentia

dulgentia verbi gratia ſit centum annorum, fieri poteſt vt aliquis non habeat tantum debitum, ac propterea reipſa non fiat ei tanta remiſsio, quod etiam per accidens eſt; nam indulgentia per ſe ſemper operatur totum effectum, atque adeo æqualem. In contrariū vero eſt quia fieri poteſt vt idem opus inæqualiter fiat a diuerſis hominibus. Primo quia in vno poteſt eſſe opus vndique bonum, & non in alio: vel quia in vno poteſt eſſe mortuum, in alio vero gratia formatum: ſeu quia in vno poteſt eſſe grauius, & oneroſius quam in alio: vt ſi vnus ieiunet in pane & aqua, alius communi modo; ſi vnus faciat magnam eleemoſynam, alius paruā: quando indulgentia non requirit quantitatem certam ſed eleemoſynam in diffinite, vel ſi vnus faciat magnā peregrinationem, vt noſtram indulgentiam conſequatur, alter vero paruam: in his enim & ſimilibus caſibus videtur magna inæqualitas, quod his omnibus æqualis effectus indulgentiæ tribuatur, quia illi non ſunt æqualiter diſpoſiti: ergo non debent æqualem fructum percipere, quia nec ſacramenta conferunt æqualem effectum ex opere operato hominibus inæqualiter diſpoſitis, nec ratio diſtributiua permittit vt inæqualiter laborantibus æqualis merces conferatur. Denique ad prudentem diſpenſationem theſauri pertinere videtur vt deuotius operanti maior illius pars applicatur. Nihilominus tamē prior pars formaliter loquendo vera eſt, quam efficaciter probant rationes factæ enim quæ tenuit Maior in 4. diſtinct. 20. quæſt. 2. & ſignificauit D. Tho. ibi: diſtinct. 1. art. 3. quæſt. 2. ad 4. dicens quod ille qui eſt vicinus Eccleſiæ, & etiam Sacerdotes,

& Clerici conſequntur tantam indulgentiam ſicut illi qui venerint a mille dietis, quia remiſsio non proportionatur labori, ſed meritis, quæ diſpenſantur,& ex ipſis, pater Suar. diſputat.52.ſeſſ.8. dicendo quod prædictis verbis inſinuat D.Thom. etiam optimam rationem, quia hoc opus, quod ad indulgentiam poſtulatur conſiderari poteſt vel ex parte cauſæ piæ, propter quã indulgentia conceditur, vel ex parte ſubiecti operantis tanquam diſpoſitio illius, vel ſecundum ſe, quatenus meritorium eſt, vel ſatisfatorium: Quæ præſens conſideratio nihil ad præſens refert, quia remiſsio ſeu effectus indulgentiæ non innittur propȓio merito, vel ſatisfatione operantis, & ideo inæqualitas operis in hac perſectione nihil refert ad inęqualitatem effectus indulgentiæ. Vnde quod obijciebatur de iuſta diſtributione nihil ad præſens attinet, quia hæc diſpenſatio theſauri per indulgentias, non fit iuxta leges. diſtributiuæ iuſtitiæ, ſed liberalis cuiuſdam donationis prudenter factæ. Rurſus nec conſideratio ſecunda locũ habet in pręſẽti, nam vt ſupra diximus effectus indulgentiæ per ſe, & quaſi ab intrinſeco nullam diſpoſitionem requirit in recipiente, præter ablationem culpæ, & ſtatum gratiæ, & ideo maior vel minor deuotio ſeu diſpoſitio actualis per ſe, non confert ad inæqualem effectum indulgentiæ, in quo eſt magna diuerſitas inter effectum indulgentiæ, & ſacramentorum. Prima igitur conſideratio huius operis ex parte piæ cauſæ eſt propriȩ & vere neceſſaria, quia maxime ſub ea ratione imponitur tale opus, poteſt autem illud opus iniunctum eſſe omnino determinatũ quantum ad quantitatem &

modum

modum, tuncque conſiderandum eſt, an opus illud pręciſe factum prout in conceſsione poſtulatur compleat ſufficientem cauſam ad totam illam indulgentiam concedendam? Et tunc qui opus illud præciſe operatur, totum effectum conſequitur, quia nihil illi deeſt ex parte omnium cauſarum, nec habet aliquod impedimentum: Qui autem vel aliquid amplius, vel illud ipſum melius aut deuotius operatur, non plus cõſequitur, quia totum illud quod addit extra cauſam indulgentiæ eſt, nec ratione illius aliquid amplius conceſſum eſt, licet concedi potuerit fortaſſe, quod ſi tale opus præciſe ſumptum non eſt ſufficiens ad complendam cauſam indulgentiæ adæquatam, tunc fieri poteſt vt aliquis perficiens tale opus non conſequatur totum indulgentiæ effectum, & conſequenter vt alius maiori deuotione, aut frequentia efficiens tale opus, maiorem remiſſionem conſequatur; ac denique vt augendo bonitatem ſeu circumſtantias operis, obtineat totum indulgentiæ effectum: Hæc tamen inæqualitas non prouenit præciſe ac formaliter ex inæqualitate operis, ſed ex eo quod indulgentia non habet cauſam proportionatam, & adæquatam, ex vi ſolius operis quod in ea præciſe poſtulatur: nos autem loquimur ſuppoſita ſufficienti cauſa, atque eodẽ modo philoſophandũ eſt quãdo opus indiffinitè iniungitur, vel bi gratia aliqua eleemoſina, aut aliqua oratio, nam tũc minima eleemoſyna vel minima oratio videtur ſufficere adimplendã conditionẽ & formã indulgentiæ, & conſequenter ad totũ atque adeo ad æqualem effectum indulgentiæ, ſiue maior, ſiue minor detur eleemoſyna. Ex parte tamen cauſæ cõ-

ſiderandum erit an quælibet eleemoſyna etiam minima, ſufficiat vt cauſa indulgentiæ ſit adæquata tali effectui? nam tunc ſine dubio dabitur totus effectus indulgentiæ, quia cõditio in indulgentia poſtulata ſufficienter impletur, & aliæ omnes cauſæ ad effectum indulgentiæ neceſſariæ ſufficienter concurrunt, & ita confertur totus effectus. Maior patet: cætera vero clarâ ſunt, quia illa conditio eleemoſynæ, indefinite propoſita, per quamlibet eleemoſynam etiam minimam ſimpliciter, & in toto rigore impletur, nam vt aiunt Dialectici ad veritatem indefinité quælibet ſingularis ſufficit: Si autem diues tam paruum auxilium tribuat vt non attingat minimam quantitatem ſibi proportionatam, non facilis eſt difficultas: de ea vero conſule Suar. dict. diſputat. 52. ſeſſ. 8. num 6. Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ §. 7. num. 4. D. Thom. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 3. & gloſ. 2. in reſponſio. ad 3. & in addition. ad 3. partem quæſt. 25. art. 2. ad 3. Antonin. 1. part. ſummę tit. 20. § 2. cap. 3. Bonauentu. dict. diſputat. 20. quæſt. vltima. Nauar. de indulgent. notabil. 32. num. 33. & 35.

7 Vnde infero intellectum ad text. in extrauaganti Antiquorum de pænitent. & remiſſ. vbi loquendo Bonifatius VIII. de Iobeleo Romano, inquit, ibi vnuſquiſque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficatius conſequetur qui Baſilicas ipſas amplius, & deuotius frequentabit: Ex quorum verborum tenore omnia que ſupra diximus omnino corruere videntur, nam ſi amplius viſitans plus meretur, non eſt verum dicere quod omnes qui opus indulgentiæ adiunctum adimplent effectum eius æqualiter cõſequantur: Quare pro huius

huius textus vera interpretatione varias aſsignant DD. aliqui enim dicunt Bonifacium in illis verbis intelligi debere de indulgentia pleniſsima, conſtituendo differentiam inter indulgentiam plenam, largiorẽ, & pleniſsimam, de quo iam diximus in ſecundo præludio, vt ſit ſenſus, quod indulgentia pleniſsima Romana non omnibus concedatur viſitantibus Baſilicas Petri & Pauli anno Iobelei, ſed illis qui maxima quadam deuotione illas frequentauerint: qui vero ab illa deuotione defuerint non plenariam, ſed aliam minorem conſequantur, maiorem tamen vel minorem, pro quantitate deuotionis, & frequentia; quod idem videtur dicendum in noſtro Iobeleo: Sed hæc interpretatio nullo modo ſuſtineri poteſt, tum quia vt dicto ſecundo præiud. diximus iſta differentia ratione non ſubſiſtit, tum etiam quia ſi hoc admitteremus, nec poſſemus intelligere verba Pontificis in dict. extrauaganti, ibi: ſi Romani ſint per triginta dies, ſaltem ſemel in die, ſi vero ſint peregrini aut forenſes, ſaltem per quindecim dies dictas Baſilicas viſitent, cum eſſet neceſſe inter iſtas viſitationes quo ad quantitatem lucrandi indulgentias etiam conſtituere differentiam, quod non eſt admittendum, maxime quia Pontifex non expoſtulat, niſi viſitationem tot dierum cum deuotione, non tamen cum maiore, vel maxima, nec quod pluries viſitet. Quare Pater Suar. alium aſsignat intellectum, ſcilicet, quod illa verba efficatius conſequitur, nihil aliud ſignificant quam certius, & quantum eſt ex parte cauſæ cum maiori efficatia conſequi eundem effectum, vel fortaſſe voluiſſe Pontificem per illa verba aliquid noui

concedere.

concedere, nam ex vi prioris conceſsionis; qui per triginta dies viſitat Baſilicas ſtatim completa vltima viſitatione, conſequitur indulgentiam pleniſsimam, poſtea vero licet pluries intra eundem annum viſitet eaſdem Baſilicas, nihil amplius remiſsionis conſequeretur, ex vi priorum verborum, fortaſſe ergo (inquit) per illa verba voluit Pōtifex vt qui poſt diffinitum dierum numerum amplius & deuotius eaſdem Baſilicas viſitauerint, ſemper aliquid nouū de indulgentia conſequantur, quoad illa ſcilicet peccata quæ poſtea commiſſerunt, & quod hoc modo non repugnat poſt pleniſſimam indulgentiam maiorem remiſsionem fieri; nam in hac vita facile nouum reatum contrahimus poſt pleniſsimam indulgentiam, de prioribus peccatis comparatam. Sed vellem profecto interrogare a doctiſsimo illo viro quid ſibi voluit Pontifex in illis verbis, plus merebitur? quæ ſi rectè perpendantur omnino repugnant proxime ipſius interpretationi, nam longè aliud voluit dicere. Deinde affirmare quod illa verba efficatius, idem important ac ſi diceret Pontifex certius conſequitur indulgentiam: maxime diuinatoria ſunt, nec præſumendū eſt quod Pontifex ſi pro certo opere conceſsit indulgentiam dixiſſet, quod qui illud multiplicaret certius conſequeretur indulgentiam, ſed illud nō expreſsit, nā cum illo additamēto, omnes eſſent incerti ſi indulgentiam conſequntur, noſtro modo loquendi, etiam ſi opus multoties multiplicarent, ſi quidem in tali opere certa meta & taxa non apponitur: Nec etiam arridet illud, quod ſub dubio vltimate dixit; quod qui amplius Baſilicas viſitaueri t aliquid nouum de indulgentia

gentia

gentia conſequitur quo ad nouas culpas; quia indulgentia ſemper apponitur pro præteritis culpis, & reatu earum, non vero pro futuris, niſi ex conceſsione colligatur, quo caſu in forma ſpecifica opus iniunctum debet impleri, & tunc non aliquid de indulgentia, ſed totam lucrabitur adimplens cum debita diſpoſitione. Vnde rem altius conſiderando gloſſæ ſententiam in dicta extrauaganti Antiquorum verbo conſequetur quam pater Suar. reprobauit, & in eo iudicio; non bene exiſtimo veriſsimam, & magis genuinam verbis Pontificis, ſcilicet quod indulgentia non conſequitur maior, per vnum quam per alium, iuxta ea quæ ſupra diximus cum adimplentes opus pleniſsimã obtineant, vt conſtat ex dicta extrauaganti, & ſuperlatiuus dicat qualitatem intenſam in termino, vltra quem non contingit progredi, & cõparatiuus eandẽ qualitatem dicat extenſã, ita dicendũ eſt ingredi aulam gloriæ recipere plus & minus, nam ſi quis eſt in gratia per verã cõfeſsionẽ, & verã pænitentiã, & eſt ſine obligatione ad pænã, per hanc indulgentiam eo ſic mortuo ſtatim euolat, & ſic habet ſtatim pleniſsimam indulgentiam, quantũ ad ingreſſum domus cæleſtis, verum ſi iſte idem cum prædictis ſe ornaſſet, videlicet multiplicando viſitationem Baſilicarum deuotius, & efficatius, tunc ingrederetur domum Regni Cæleſtis melius intenſiue, iuxta illud Ioann. in domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Vnde dicendum eſt, quod conſequi efficatius poteſt referri ad fructum quem quis ex indulgentia conſequitur, ſic videlicet, quod maioris pænæ remiſsionẽ obtineat, & ſic verba prædicti non poſſunt habere

veritatem, quia ſuperlatiuus gradus, qui per ſuperabundantiam dicitur, omnium gradum, conſummationem includit: Item iſta indulgentia per quam fit totalis culpæ remiſsio, & totius pœnæ, in quadam priuatione ſeu negatione conſiſtit, in priuatione autem ſeu negatione non inuenitur magis, & minus, ſecundum Philoſophum. Vnde quia ingredi in Regnum Cælorum in quantum includit adeptionem gloriæ eſt quid poſitiuum, & in quo inuenitur magis & minus, poteſt dici quo aliquis efficatius & perfectius poteſt ingredi Regnum Cælorum. Item cum dicta gloſ. hoc aduerbium efficatius poteſt referri ad medium per quod aliquis meretur illud propter quod huiuſmodi indulgentiam conſequatur, quod eſt opus operatum, & deuotio operantis, ſic videlicet intelligendo quod agens ad hoc, quod indulgentiæ fructum determinatum inde conſequatur efficatius agit ad hoc quod illum valeat obtinere, quia ſi ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus verum fructum indulgentiæ conſequeretur; Cum autem plura opera, & ex maiori deuotione facta quantum eſt de ſe ſint efficatiora ad aliquid promerendum, quanto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis tanto efficatius dictæ peregrinationis fructum conſequitur, ita interpretanda ſunt illa verba dict. extrauagantis, vnuſquiſque tamen plus merebitur & indulgentiam efficatius conſequitur, qui Baſilicas ipſas amplius & deuotius frequentabit, & illa antecedentia, ibi, ſi fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis, ſeu interpolatis ſaltem ſemel in die, ſi vero peregrini fuerint aut

forenſes

forenſes, ſimili modo diebus quindecim, ad Baſilicas eaſdem accedant: ita expreſſe Eman. Rodrig. explicando dictam extrauagantem in explicatione Cruciatæ §. 7. nu. 4. Ex quibus conſtat aperte deceptum fuiſſe Suar. nam illa verba ſaltem ſemel in die, denotant, & aperte indicant, quod ſi pluries viſitauerit in die, plus merebitur viſitans, non tamen loquitur Pontifex de viſitatione vltra quindecim, vel triginta dies, vt ipſe exiſtimabat, pro noua remiſsione pœnarum peccatorũ commiſſorum poſt indulgentiam conſequtam: Vnde venit interpretanda noſtra Bulla, vt ſi quis in die quo Eccleſiam viſitauerit, & Iobeleum conſequitur pluries & deuotius viſitauerit, plus merebitur, & efficatius indulgentiam conſequetur, non tamen maiorem, hæc eſt vera interpretatio, dictæ extrauagantis & vera reſolutio huius difficultatis.

Fo taſsis tamen aliquis curioſius interrogabit, an qui viſitat Apoſtolicam Eccleſiam cauſa conſequendæ indulgentiæ, teneatur ingredi portam ſanctam? Hiſpano ſermone *del perdon*, & dubium poteſt inſurgere, ex eo quod in die quo publicatur aperitur, & per totũ annum, illo autem quo finitur Iobeleus clauditur, pro vt Romæ fit, in anno ſancto. Vnde videtur quod ad effectum vt peregrini per illam ingrediantur omnibus ſit patefacta, & ſic erit neceſſariũ. Sed contrarium certum iudico, quia nec in extrauagantibus Iobelei Romani id expoſtulatur, nec in noſtra Bulla inuenitur, & ſic non debemus neceſsitare, nec aſtringere peregrinos ad iſtum ingreſſum, cum vt exiſtimo porta iſta, & ianua *del perdon* ſolum aperiatur ad ſignificandum, quod 8

theſaurus

theſaurus Eccleſiæ per iſtam indulgentiam aperitur omnibus debite facientibus diligentias neceſſarias, & quod illo anno ianuæ cæleſtis patriæ omnibus recte diſ poſitis pateſiunt, iuxta illud Pſalm. 117. Hæc porta Domini iuſti intrabunt in eam, & Hierem. 7. Audite verbum Domini omnes Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum: hæc dixit Dominus Deus Iſrael, bonas facite vias veſtras, & porta eſt anguſta iuxta illud Matth. 7. & Lucæ 13. intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa via, eſt quæ ducit ad perditionem, viſitatio ergo iſta ſolum poteſt fieri vt indulgentia conſequatur in anno in quo feſtum diui Iacobi in Dominica venerit, a vigilia Circumciſionis Domini, & per totum annum integrum, vſque ad diem eiuidem Circumciſionis, & per totum diem illius anni.

## GLOSAE VNDECIMAE.

### Summarium.

*INdulgentia quando conceditur per diem, vel aliud tempus, an fideles poſsint eam lucrare toties quoties? reſoluitur cum diſtinctione, nu.* 1.

*Lex. boues* §. *hoc ſermone de verborum ſignificatione interpretatur, ad hoc vt toties quoties, quis voluerit lucrare indulgentiam poſsit.* 2.

GLO

# GLOS. VNDECIMA.

## In diebus quibus magis eis placuerit.

Controuerſia non noua, ſed iampridem exagitata fuit inter DD. an quando indulgentia conceditur per diem, a primis veſperis vſque ad ſecundas, vel per aliud tempus, fideles poſsint toties quoties voluerint eam lucrare, adimplendo opus iniunctum, vel viſitando Eccleſiam cuius fauore conceditur? Pro cuius reſolutione quia breuitati conſulimus, aduertere licet quod alia eſt indulgentia perennis, alia pro certo tempore conceſſa: Prima eſt vt indulgentia perpetuo duratura. Secunda, quando certis locis pro certis diebus a primis vſque ad ſecundas veſperas conceditur, vel pro certo tempore. In primo caſu omnes fatentur Iobeleum, vel indulgentiam poſſe adquiri, & lucrari toties quoties, id eſt quodlibet die, menſe, vel anno; ita Felin. tracta. de indulgentijs verſiculo quid autem, vbi alios adducit Nauar. de indulgentijs notat. 15. nu. 19 & notabil. 31. num. 36. & 37. in explicatione que Bullæ Gregor. XIII. num. 46. verſic. circa hoc Zarola in praxi Epiſcopali verſiculo annus Sanctus, verſiculo ad 6. & verſicu. indulgentia, verſicu. 7. Corduu. quæſt. 35. lib. 5. Paludan. diſtinct. 20. quæſt. 4. D. Tho.

diſt.20.art.3. ad 2.in corpore,& ad 4. Angel. de indulgent.§.4. Roſſela §. 14. Durand.ead. diſt.20. quæſt.4. artic.3. Silueſter verbo indulgentia §.8. verſi.3.Enriq. in Summa de indulgentijs lib.7.cap.17.num.6. Secundo vero caſu maior dubitatio eſt: & D. Thom. dict. diſtict.20.quæſt.3.art.2. inquit quod indulgentia ſemel quæri poteſt, cuius ſententiæ adhæret Feli. tract. de indulgent. loco proxime allegato. Dominicus & Francus, in cap.fina.de pænitent. & remiſſ.lib.6.Nau. vbi proxime,qui refert iſtam opinionem communem, & vſu receptam,qui eſt optimus legum interpres,cap. cum dilectus de conſuetudi. leg.meminiſſe ff.de legib. quod adeo verum exiſtimat Paludan.in 4.diſtinct.20. quæſt.4. colum.6. relatus a Nauarr.vt neque perennis poſsit quæri bis eodem die, ne ludibrio afficeretur indulgentia, ſi quis eam ſæpiſsimè ingrediendo, & egrediendo, cum ad tam repetitam indulgentiæ adquiſitionem multo maior cauſa eſſet neceſſaria, & quia id videtur alienum ab intentione Pontificis, qui indulgentias iuſta de cauſa concedere debet: idem tenet Nicolaus deLira relat.a Felin. quæ tamen ratio teſte Naua. dict.num.37.non concludit.in eo qui ſtatutis horis,vel alijs vadit ad Eccleſiam vt effundat præces, vel ad audiendum verbum Dei, non cauſa fraudis & irriſionis, ſed deuotionis, ad id motus. Quare inquit verius videri cum Felin. quod poteſt quis, bis, vel pluries quæri eodem die indulgentiam perennem, ſed non toties, & tali modo vt fraus quædam & irriſio videatur; nec in hoc eſt fundata magna vis, ne retrahantur fideles a tali deuotione, quia ſi non valet eundi per modum indul-

gentiæ, valebit tamen per modum meriti abſoluti, ita Felin.ſup. Quomôdo poteſt intelligi Archidiacon. in dict.cap.fin. de pœnitent.& remiſſ.lib.6.

Sed fortiter obſtat his omnibus deciſio text. & reg. ipſius in l.boues §.hoc ſermone ff.de verborum ſignif. quæ habet, ſermonem ſimpliciter prolatum intelligi pro prima vice, cui conſonat l.cum pater §.pater certam ff. de legat.2. vbi cautio de danda, vel reſtituenda dote filiç nuptç de primis nuptijs tantum intelligitur, nec ad ſecundas porrigetur, ex quo notat Bartol.ibi, l. dotis promiſsio verſic.vlti.ff. de iure dotium, vbi ſcribitur dotis promiſsionem in primis dumtaxat nuptijs deſtinari, l.ſtipulationem quæ propter l. & licet eod. tit. cuius rei poſſemus adducere plura teſtimonia, quæ congerit Tiraquel.in dict.§.hoc ſermone: Igitur ſuppoſito quod noſter Iobeleus,& quicũque alius, ſiue perennis, ſiue non perennis, conceditur viſitantibus iſtam Eccleſiam, vel facienti aliud opus, de prima viſitatione intelligi neceſſe eſt, & ex conſequenti ad alias,& ad lucrandam pluries indulgentiam minime extenditur. Huic tamen difficultati reſpond , quod quamuis regula illa, l. boues,ſumatur ita generalis patitur tamen quamplurimas exceptiones, & limitationes, quas refert Tiraquel.ex alijs ſupra; quarum illa non eſt prętermittenda, vt non procedat quando pro certa,& determinata cauſa res conceſſa fuit, nam tunc non intelligitur pro prima vice, ſed quod ſemper durante cauſa, & eo tempore poſsit quis ire & reddire, voluit Bartol. in l.1.col. vlti. ff. ad l.Iuliam Maieſtatis, argument. text. in l. continuus §.qui inſulam, ff.de verborum o- 2

 bligat.

bligat. l. veteres cum l. ſequenti ff. de itinere actuque priuato, ſequitur Angel. in l. vtimur ad fin. verſi. item adde, ff. de ſepulchro violato, refert alios, & ſequitur Tiraquel. dict. §. hoc ſermone limitatiō. 5. nam durante cauſa debet etiam durare & perſeuerare id quod ob eam cauſam introductum eſt· l. ſemper §. negotiatores ff. de iure immunitatis, l. ſi cui §. 1. ff. ex quibus cauſis maiores, l. 2. §. omnes ff. de iuditijs, l. titia §. vſuras ff. de legat. 2. l. qui in omnibus ff. de adminiſtratione tutorum, Cum igitur noſtra indulgentia fuiſſet conceſſa ob ſingularem deuotionem beati Iacobi peregrinis, in anno quo feſtiuitas eius venerit in Dominica, durante tali cauſa toties quoties viſitauerint hoc ſanctuarium, illam conſequentur. Vel ſecundo, quod dict. regula §. hoc ſermone limitatur quando diſpoſitio per viam priuilegij eſſet temporalis, quia ſi intelligeretur de prima vice eſſet contra naturam priuilegij, quæ ea eſt vt ſit perpetuum, regula decet de regu. iur. lib. 6. Ioann. And. in cap. licet circa medium, & ibi Dominicus §. 1. verſi. ſed pone quod conceſſum Philippus Francus verſicu. quęrit tamen de priuilegijs in 6. & ita cum temporalis ſit noſter Iobeleus, non eſt mirum quod toties quoties poſsit lucrari. Vel tertio reſpond. quod dict. reg. non procedit in materia fauorabili, & quæ benignam interpretationem refert, l. conditio filiæ in fin. ibi: benigne tamen dicendum eſt, ff. de condition. & demonſtration. quem text. in id ponderat Franciſcus Aretin. in l. ſerui electione in fine principij ff. de legat. 1. l. placet cum ſequent. ff. de liberis, & poſthum. l. annua §. actica ff. de annuis legat, & item non procedit

in

concesſionē lucratiua, ſeu gratuita, prout eſt noſtra, nam tunc perpetuo intelligitur l. ſi ſeruus ff. de ſeruitutibus Vrbanorum, notat Tiraquell. 27. limitatione, Cum itaque priuilegium hoc & indulgentia ſit cōceſſa fauore animarum non mirum quod prima vice nonſit limitatum. Quibus omnibus adſtipulantur verba noſtræ gloſſę quæ omnem dubitationem tollunt, ibi: in diebus quibus eis placuerit. Ex quibus conſtat manifeſtè, quod durante iſto anno ſancto, omnes Chriſti fideles in omnibus diebus quibus eis magis placuerit posſunt iſtam plenisſimam indulgentiam lucrari, quę proculdubio ſic intelligenda & interpretanda ſunt, text. iuncta gloſſ. in l. qui plures ff. de vulgar. l. ſed reſtituantur §. fin. ff. de iuditijs vbi notant DD maxime in materia fauorabili, prout eſt de qua loquimur.

---

## GLOSAE DVODECIMAE.
### Summarium.

*SAcramentum Pænitentiæ inſtitutum fuit lapſis poſt Baptiſmum, & quid quādo aliquod impedimentum ponitur ex parte recipientis? num. 1.*

*Pæna temporalis reatus contingit aliquando vt poſt ſacramentum pænitentiæ & extremæ vnctionis ritè ſuſceptum non ſit remisſus, & quibus remedijs vtamur. 2.*

Purga

*Purgatorium eſſe in quo animæ quæ ex hac vita decedunt remiſſa culpa, & cum reatu pœnæ temporalis vbi ſatisfaciant eſt de fide. 3.*

*Satisfationem aliquam eſſe neceſſariam in hac vita ſeu in alia poſt mortem, pro peccatis dimiſſis quo ad culpam eſt de fide. 4.*

*Indulgentiam poteſt concedere Eccleſia, qua mediante remittatur extra ſacramentum pœnitentiæ reatus pœnæ temporalis. 5.*

*Eccleſia non ſolum poteſt remittere penæ reatum per indulgentiam poſt confeſſionem, ſed ante. 6.*

*Pœnitentia ſacramentalis per indulgentiæ effectum tolli poteſt, ſeu relaxari, iuxta modum ſeu quantitatem ipſius, & quo modo intelligatur. 7.*

*Indulgentiæ quæ ſunt in vſu vtrum relaxent alias pœnas præter iniunctas pœnitentias in ſacramentali foro? & quid in alijs rebus? in quo referuntur diuerſæ ſententiæ. 8.*

*Indulgentiæ quæ de facto ſunt in Eccleſia remittunt pœnam peccatis debitam, etiam in foro Dei. 9.*

*Indulgentiæ quæ ſimpliciter, & ſine adiectione illa de iniunctis pœnitentijs, non ſolum remittunt pœnitentias iniunctas, & pœnas illis correſpondentes, ſed etiam quas libet alias, iuxta largitatem conceſſionis. 10.*

*Indulgentiæ tenor etiamſi ſit de iniunctis valet ad remittendas pœnas peccatorum, ſi pro illis nullæ pœnitentiæ iniunctæ ſint.* 11.

*Indulgentia Iobelei D. Iacobi non ſolum remittit pœnitentias iniunctas ſeu pœnas illis correſpondentes, ſed quaslibet alias.* 12.

*Theſaurus ſpiritualis an ſit in Eccleſia, qui per indulgentias diſpenſari valeat?* 13.

*Theſaurus Eccleſiæ qui per indulgentias diſpenſatur an conſtet ex ſatisfactionibus ſanctorum?* 14.

---

# GLOSSA DVODEC.

Vt omnes, & ſingulas illas peccatorum indulgentias, & remiſsiones etiam plenarias.

SAcramentum Pœnitentiæ ad actualia peccata poſt Baptiſmum commiſſa tollenda inſtitutum eſſe, & Catholicum dogma eſt, & ab vtraque ſchola ſicut certum de fide receptum, de quo non pauca diximus in noſtra Cathedra, quæ ad præſentem inſtitum non pertinent, & cõſtat aperte ex

ex Tridentin. ſeſſ.14.cap.1. & Canon.1. de ſacramento Pœnitentiæ Concil. Cabilonenſ. cap. 8. interdum tamen quia ob ſuſcipientis impedimentum huiuſmodi effectum integre non confert quoad venialia ſaltem peccata,reatusque pœnarum temporalium,& alias peccatorum reliquias, ei adiunctum eſt ſacramentum extremæ vnctionis, quod ſi neceſſe ſit hunc effectum perficiat,preſertim in mortis articulo,in quo maior animi puritas maiusque ſacramentalis gratiæ auxilium ne-
2 ceſſaria ſunt. Contigit tamen ſæpiſsimæ vt poſt vtrumque ſacramentum ritè, & cum principali fructu ſuſceptum nondum reatus pœnæ temporalis omnino remiſſus ſit, ob idque neceſſaria ſunt alia remedia quibus poſsint animæ huiuſmodi debito liberari, quæ remedia merito dicimus eſſe annexa prædictis ſacramentis. Poſſunt autem hæc remedia prodeſſe aut in præſenti vita tantum, aut tantum poſt hanc vitam, aut in vtroque ſtatu ſimul: In primo ordine ſolum poteſt conſtitui propria ſatisfactio, quæ ab vnoquoque fideli pro ſeipſo fit ex opere operantis: In ſecundo ordine conſtituuntur pœnæ purgatorij, quæ a Deo poſt hanc vitam infliguntur: In tertio ſunt ſuffragia, & indulgentiæ, quæ tam viuis quam defunctis prodeſſe poſſunt illa ex opere operantis, hæc vero admodum operis operati, de quibus DD. in ſuis proprijs locis. In præſentiarum vero de indulgentijs tantum erit noſter ſermo quæ viuis applicantur, cum de illis quæ per modum ſuffragij mortuis conceduntur aliquantulum dixerimus gloſ. §.
3 In hoc etiam de fide ſupponimus Purgatorium eſſe in quo animæ quæ ex hac vita diſcedunt remiſſa culpa, &

cum

cum reatu pœnę temporalis, ibi: ſatisfaciunt pro illa, vt poſsint liberè ad æternam Patriam peruolare, quod probant omnes Catholici Theologi, cum Magiſtro ſententiarum in 4. diſt. 21. & moderni ſcriptores contra Luteranos præcipuè Suar. in 3. D. Thom. tom. 4. diſputat. 45. a ſeſsio. 1. vbi probat ex veteri teſtamento, ex nouo, ex patribus, & traditione, vltimoque ratione, & contra Regem Angliæ lib. 2. cap. 15. quod hodie diffinitum eſt a Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can. 3. & decreto de Purgatorio ſeſſ. 22. cap. 2. & Canon. 3. Item ſupponimus neceſſariam eſſe aliquam ſatisfactionem in hac vita, ſiue in alia poſt mortem, anteaquam gloriam ad quam creati fuimus ingrediamur, pro peccatis iam dimiſsis quo ad culpam; quę doctrina antiquiſsima eſt, & ne in allegatione doctorum immoremur etiam de fide diffinita eſt a Trident. dictis in locis, præcipuę, dicto Canon. 6. ibi: ſi quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnę deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exſoluendæ, vel in hoc ſęculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cœlorum additus patere poſsit anathema ſit. 4

His præhabitis pro conſtanti tenendum eſt poſſe Eccleſiam talem indulgentiam concedere, vt per eam remittat extra ſacramentum pœnitentię reatum pœnę temporalis apud Deum: quam aſſertionem iudico certam de fide, & coincidit cum illa quę ſupra diximus in ſecundo præludio, & gloſ. 7. oſtendendo eſſe in Eccleſia poteſtatem ad concedendas indulgentias, & per indulgentias intelligi veras remiſsiones, quę hunc ha- 5

beant effectum, iſte enim eſt communis ſenſus Eccleſiæ & fidelium omnium de indulgentijs, & Theologi, noſtrateſque vnanimiter interpretantur D. Thom. diſtinct. 20. quæſt. 1. artic. 3. Bonauent. 2. par. quæſt. 2. & reliqui ibidem Sot. diſtinct. 21. quæſt. 1. artic. 1. & 2. Suar. diſputat. 50. ſeſſ. 2. num. 2. & Pontifices ipſi concedentes indulgentias, hoc modo ſuam mentem interpretantur, vt videre licet in extrauagantibus Antiquorum & Vnigenitus de pœnitentiis & remiſſ. Baſis autem & fundamentum omnium eſt teſtimonium Chriſti Domini, quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo, prout ſatis probauimus dict. gloſ. 7.

6 Eccleſia autem non ſolum poteſt remittere hunc pænę reatum per indulgentias poſtquam in ſacramento eſt iniuncta pœnitentia pro peccatis ex quibus ortum eſt tale debitum, ſed etiam antequam illa pœnitentia ſacramentalis iniuncta ſit, ſeu antea quam talia peccata per confeſſionem ſint delecta ad ſacramentale forum pænitentiæ, in quo etiam Catholici non diſſentiunt, cuius fundamentum a priori eſt quod Chriſtus Dominus dicens quodcumque ſolueris, non limitauit promiſſionem ſeu poteſtatem ad reatum pœnæ pro qua eſt ſacramentalis pœnitentia iniuncta; ergo nec nos reſtringere id poſſumus contra vim verborum, & ſine vllo fundamento authoritatis vel rationis: quibus adſtipulatur authoritas totius Eccleſiæ quæ ita intellexit hanc poteſtatem, vt oſtendit vſus plurium indulgentiarum quæ ſub hac generali remiſſione conceduntur, & acceptantur. Ratio eſt etiam nam ſi Eccleſia extra ſacramentum poteſt remittere reatum pœnæ apud Deū, non

non eſt cur expectet quod pro tali pœna ſacramentalis pœnitentia iniuncta ſit, quid enim hoc refert ad vſum illius poteſtatis? Nec obſtabit dicere quod Eccleſia non poteſt ſoluere hoc pœnæ vinculum donec culpa remiſſa ſit, quæ remitti debet per iuditium confeſſionis, in quo ſimul iniungitur ſacramentalis pœnitentia, & ideo remiſsio per indulgentias videtur tantum eſſe de peccatis pro quibus eſt ſacramentalis pœnitentia iniuncta, quia reſpond. culpas, non ſolum remitti per confeſsionem in re, ſed etiam in voto per contritionem: eſt enim contritio dolor de peccatis, propter Deum ſummæ dilectum, cum propoſito confitendi, ſatisfaciendi & cauendi a peccatis in futurum, cap.1. cum ſequentibus de pœnit. diſtinct.4. cap. ſi Apoſtolus 5. cap. pœnitentiam 6. cap. perfecta 8. cap. ille pœnitentiam, cap. Irriſſor. 11. cum ſequentibus de pœnitent. diſtinct. 3. optime Pſal. 50. cap. cum dictæ cap. Ecce nunc. 39. de pœnitent. diſtinct. 1. Tridentin. ſeſſ. 14. Canon. 5. cap. 4. ita accipiendus eſt D. Thom. in additionib. ad 3. partem quæſt. 1. art. 1. & in 4. diſtinct. 17. vbi Sot. & Palatius quæſt. 1. art. 1. cum ſequent. Victor. num. 114. Ledeſm. quæſt. 32. Richard. art. 18. Petr. Greg. lib. 2. cap. 8. Nauarr. cap. 1. & 22. nu. 11. Inſtructorium conſcientiæ 1. part. cap. 6. 12. & 30. Vnde fit vt poſsit culpa eſſe remiſſa quamuis nulla ſacramentalis pœnitentia iniuncta ſit pro ea, ergo etiam circa pœnam pro tali culpa debitam habet locum remiſsio indulgentiæ, & hoc ſibi volunt dicere Pontifices quando concedunt indulgentias non tantum confeſsis, ſed etiam contritis nondum confeſsis, immo etiam ſi ad indulgentiam lu-

crandam

crandam præmittenda ſit confeſsio adhuc habet locum remiſsio indulgentiæ, vbi non præceſsit ſacramentalis pœnitentia iniuncta, quia poſſunt eſſe multa peccata oblita, & per accidens ſaltem remiſſa quo ad culpam, quamuis nulla pro eis impoſita fuerit ſatisfatio: poteſtas igitur indulgentiæ ſeu indulgentiarum vtraque peccata comprehendit, quia nec ſatisfatio iniuncta eſt neceſſaria ad talem poteſtatem, nec etiam impedit illã ita Suar. diſputa. 50. ſeſſ. 2.

7 Per indulgentię autem effectum tolli poteſt ſeu relaxari ſacramentalis pœnitentia iuxta modum ſeu quantitatem indulgentiæ, quod intelligendum eſt de effectu ipſius indulgentię, non de indulgentia ipſa: nam vt relaxetur ſacramentalis pœnitentia, non ſatis eſt vt alicui concedatur indulgentia, ſi illa non lucretur cum effectu, quia donec hoc fiat præceptum ſatisfaciendi in confeſsione impoſitum, vim ſuam ſemper retinet, fit æquidem per conceſsionem indulgentiæ vt in arbitrio hominis ſit vel indulgentiam lucrari, vel ſatisfationem implere, & hoc modo dici poteſt ſtatim illã obligationem remitti, vt ſaltem non ita pręciſa ſit: ſi tamen indulgentia non obtineatur cum effectu, prior obligatio integra manet, & per effectum indulgentiæ relaxatur pœnitentia, iuxta modum ſeu quantitatem indulgentiæ, quia non omnis indulgentia tollit totum pœnæ reatum, ſed tantum plenaria, vel ſaltem adæquata pœnæ debitæ, veluti ſi pœna iniuncta ſit decem annorum pœnitentiæ, verbi gratia, & per indulgentiam ſolum concedatur remiſsio duorum annorum, non ſtatim remittitur tota pœnitentia ſacramentalis, ſed ex

parte

parte, & cum proportione, & hæc doctrina eſt communis Theologorum in 4. diſt. 20. D. Thom. in 4. quæſt. 1. art. 3. & 4. & ibi Albertus Magnus art. 17. ad 5. Bonauent. part. 2. art. 1. quæſt. 2. Richard. quęſt. 1. art. 3. Paluda. quæſt. 4. Durand. quæſt. 4. Argenti. art. 4. Alenſis 4. part. quęſt. 83. Membro 1. art. 1. Adrian. quęſt. de indulgentijs, Suar. in 3. part. 4. tom. diſputa. 38. ſeſſ. 10. nu. 10. vbi alios adducit, & vbi ſup. num. 4. Nauar. de Indulgentijs notabil. 3. num. 43. & 44. Summiſtę verbo indulgentia pręſertim Silueſter, & Angelus Panormitan. & omnes Iuriſperiti, in cap. cum ex eo de pœnitentijs & remiſſ. qui rectè id colligunt a contrario ſenſu ex illo text. quatenus ibi dicitur per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias ſatisfationem ſacramentalem eneruari: intelligendum eſt autem per has indulgentias remitti pœnitentias impoſitas vt ſatisfatoriæ ſunt, non vt medicinales, quia indulgentia nõ datur in deſtructionem, ſed in ædificationem animæ; tollere autem remedium ſeu medicinam curatiuam peccati eſſet in magnum animarum detrimentum, quę non eſt intentio concedentis indulgentiam, nec ad hoc habet poteſtatem, ſed ſolum ad remittendam vindictam; cum enim ſit veluti diſpenſator Supremi iudicis & Domini, poteſt remittere pœnam debitam pro aliqua culpa, & conſequenter tollere obligationem ſatisfaciendi pro illa, optime Suar. locis proxime allegatis, & hæc veriſsima ſunt, quamuis circa relaxationem ſacramentalis pœnitentię per indulgentias varię fuerint opiniones, quas refert gloſ. in cap. quod autem verbo vt poſsint de pœnitent. & remiſſ. vbi aliqui ex noſtratibus, eas tamen

merito rejicit & refutat Suar, dict. diſputatio. 50. nume, 11.

8 Dubium tamen eſt an per indulgentias quæ ſunt in vſu relaxentur aliæ pœnæ præter iniunctas pœnitentias, in ſacramentali foro? in quibus omnes fere Catholici conueniunt per indulgentias relaxari pœnitentias iniunctas in ſacramento pœnitentiæ, quia hoc expreſsè habetur in decretis, vel Bullis concedentibus indulgentias, in alijs vero rebus eſt diuerſitas opinionum. Quidam enim exiſtimarunt per indulgentias quæ de facto conceduntur non remitti reatum pœnæ apud Deum, ſed ſolam obligationem exequendi ſacramentalem pœnitentiam, quæ opinio antiqua fuit, & eam referunt D. Thom. & Bonauent. & inſinuat Albertus diſt. 20. arti. 16. definiens Indulgentiam eſſe remiſsionem de pœnitentijs iniunctis: fundamentum eſt quia in noſtro iure ſæpe dicuntur dari indulgentiæ de pœnitentijs iniunctis, cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiſ. cap. Romana eod. tit. in 6. Clementina Vnica de reliquijs, & veneratione ſanctorum: Ex quibus locis colligere licet generalem formam cōcedendi indulgentias eſſe de iniunctis pœnitentijs, ideoque licet indulgentię concedantur ſimpliciter, & aliud non exprimatur, intelligendas eſſe ſecundum iuris formam, atque adeo de pœnitentijs iniunctis, eo vel maxime, quod Pontifices ſæpe concedunt indulgentias ſub hac forma, concedimus ſeptem annos, vel quadraginta dies, aut tot quadragenas indulgentię, quæ numeratio manifeſtè fit iuxta canones pœnitentiales taxantes hoc modo pœnitentias peccatis imponendas? Secunda opinio eſt per

indul

indulgẽtias quæ de facto conceduntur ſolum rẽmitti peccata ſemel delata ad forum pœnitentiæ pro quibus, iam eſt debita pœnitentia ſacramentaliter iniuncta; quamuis per hanc remiſsionem non ſolum tollatur obligatio implendi pœnitentiam iniunctam, ſed etiam tollatur reatus pœnæ purgatorij pro qua compenſanda talis pœnitentia iniuncta eſt, ita Durand. & Paludan. in 4. diſtinct. 20. quęſt. 4. Alenſ. 4. part. quæſt. 23. nu 2. Adrian. quæſt. vltima de indulgentijs Caietan. opuſc. de indulgentijs ad Iul. cap. 2. & 7. Petr. Sot. lectio 2. cuius opinionis fundamenta ſunt ferè eadem quæ pręcedentis præſertim quia ſumuntur ex forma concedentis indulgentias. Tertia ſententia diſtinguendum putat inter indulgentias iuxta tenorem conceſsionis, in quibuſdam enim tenor eſt limitatus, & cum illa adiectione de pœnitentijs iniunctis, in alijs vero eſt abſolutus, & ſine limitatione, vt quando conceduntur tot anni indulgentiæ, vel ſimpliciter indulgentiæ plenariæ. Priori modo concordat hæc ſententia cum præcedenti, ex illo principio quod indulgentia non plus valet quam ſonat, ſi ergo cum tali reſtrictione conceditur non plus valet. In poſteriori autem modo indulgentiarum diſcordat hæc ſententia a præcedenti, nam valere putat ad quorumcumque peccatorum remiſſionem, etiam ſi pro illis nulla pœnitentia iniuncta ſit, ex eodem principio quod indulgentiæ tantum valent quantum ſonant, hanc opinionem tenet Sot. diſtinct. 21. quæſt. 2. art. 1. Ledeſm. 2. part. 4. quæſt. 27. art. 2. Cordub. quæſt. 9. & dicit eſſe communem Theologorum in 4. diſtinct. 20. & 45. Durand. Adria. & Angel. ver-

ho indulgentia §. 1. & 2. Silueſt. quæſt. 8. & 10. Nauarr. comment. de indulgent. not. 11. num. 13. & eſt commu-nis noſtratum in cap. quod autem de pœnitentijs & re-miſſ. Quarta vero opinio eſt indulgentias, ſiue ſimpli-citer concedantur, ſiue cum illo addito de pœnitentijs iniunctis, valere ad remittendas quaſcumque pœnas relictas ex peccatis remiſsis, quam exiſtimant aliqui eſſe D. Thom. opinionem ſatiſque probabilem? Quid autem tenendum in tanta doctorum & rerum varieta-te vnuſquiſque trepidabit niſi adhæreat tertiæ opinio-ni quæ videtur communis, hanc tamen controuerſiam terminabis vt clare & diſtincte procedamus tribus cō-cluſionibus.

9 Prima concluſio, per indulgentias quæ de facto ſunt in Eccleſia remittitur pœna peccatis debita etiā in fo-ro Dei, ita D. Thom. ſupra Bonauent. diſt. 20. 2. part. quæſt. 2. & omnes DD. pro 2. & 3. opinione citati ra-tionem aſsignat D. Thomas inter alias, quia Eccleſia concedendo indulgentias, aliâs magis damnificaret quam iuuaret fideles, quia abſolueret eos a pœniten-tijs iniunctis, & remitteret ad grauiores pœnas Pur-gatorij.

10 Secunda concluſio, Indulgentiæ quæ ſimpliciter, & ſine adiectione illa de iniunctis pœnitentijs, non ſolū remittunt pœnitentias iniunctas, ſeu pœnas illis cor-reſpondentes, ſed etiam quaſlibet alias iuxta quantita-tem, ſeu largitatem conceſsionis, ita tenent authores citati pro tertia opinione, & pro præcedenti aſſertione & quos referam in ſequenti, ratio eſt quia indulgentiæ tantum valent quantū ſonant, & potius ſunt amplian-

dæ,

dæ, quam reſtringendæ, quantum verba patiuntur, cum fauores ſint ampliandi regula odia de regul. iur. lib. 6, cum notatis ibi: per Dinum & ſcribentes præſertim illi qui conceduntur in fauorem animarum, & nulli nocent, qualis eſt indulgentiarum fauor, recte ſenſit gloſ. in Clement. vnica verbo, confeſsis de reliquijs, & veneratione Sanctorum, quam ſequitur Silueſter verbo indulgentia quæſt. 7. dict. 8. & quæſt. 8. num. 22. dicto 4. Angel. verbo indulgentia in princip. Cordub. quæſt. 9. verſ. fin. Deinde probatur iſta concluſio diſtinguendo inter indulgentias quę ſine illo adito, conceduntur, quædam enim ſunt plenariæ indulgetiæ, aliæ definitæ ad certam pœnæ quantitatem, de prioribus habemus exemplum in extrauaganti Antiquorum toties reperita, cum ſimilibus: Cum ergo plena remiſsio includat totius pœnę remiſsionem, certum videtur talem indulgentiam comprehendere omnia peccata, ſiue pro illis ſint iniunctæ pœnitentiæ, ſiue non, quicquid dicat Caietan. Etiam in iſto caſu adendam eſſe illam reſtrictionem, vt fiat remiſsio plena & vniuerſalis omnium iniunctarum pœnitentiarum, non vero ampliorem, quem merito refutat Suar. diſputat. 50. ſectio. 3. nu. 9. Quando vero indulgentia non eſt totalis, ſed partialis indefinite tamen, ac ſimpliciter conceſſa, de qua procedit illa ratio, quod cum a concedente indifferenter tribuatur, a ſubdito poterit indifferenter obtineri, & facilius applicari ad peccata pro quibus nondum ſunt pœnitentiæ iniunctæ quam ad alia, quia melius eſt vt pauciora vincula relaxentur quam plura, Suar. vbi proxime num. 12.

Tertia concluſio, etiam ſi tenor indulgentię ſit de iniunctis pœnitentijs nihilominus valet ad remittendas pœnas peccatorum, ſi pro illis nullæ pœnitentiæ iniunctæ ſint, ita ſentit D. Thom. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 3. dum ſimpliciter dicit indulgentias valere ad remiſsiones pœnarum, ſiue pœnitentiæ ſint iniunctæ, ſiue non, clarius refert iſtam opinionem Paludan. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 4. art. 1. num. 18. cenſetque illam valde probabilem Anton 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 3. defendit hanc opinionē Thomas Eliſius in Clypeo piorum Catholicorum quæſt. 44. art. 7. idem ſentit Supplementum Gabrielis diſtinct. 45. quæſt. 3. art. 2. Medin. diſputat. 4. de indulgentijs cap. 14. & diſtinct. 6. cap. 27. ſumiturque ex his quæ tradit Nauar. ſup. a num. 8. Ratio huius concluſionis eſt quod illa adiectio a pœnitentijs iniunctis non eſt reſtrictiua, ſed potius ampliatiua, quia maius quid videtur remittere pœnas pro quibus ſacramentalis iam eſt iniuncta, quam reliquas pœnas: Ergo cui conceditur indulgentia de pœnis iniunctis, non negatur de non iniunctis, ſi vel aliâs non habeat, vel nollit illas ſibi relaxari: antecedens declaratur a ſimili, nam in foro exteriori facilius eſt iudici remittere delictum, aut pœnam eius, priuſquam ſententia diffinitiua de illo lata ſit, & pœna impoſita, quam poſt illam, argument. text. in l. iudex poſtea quam ff. de re iudicata, vbi notant DD. l. de vi fratres, l. relegati ff. de pœnis, l. decere in fin. cum l. ſequenti. ff. de arbitris, l. 2. §. 1. C. de ſententijs ex breui loco recitandis. Sic ergo in præſenti videri poteſt difficilius remittere pœnitentiam in iniunctam per diffinitiuam ſententiam

ſni

fieri pœnitent alis, quam ante eam; item quia difficilius eſt tollere duplex vinculum, quam vnum tantum cap. vnico de tregua & pace Authentica itaque C. communia de ſucceſsionibus, l. 3. in fine, ff. de libertate legata. Tandem quia probabile eſt quoties ex opere operantis per voluntarias pœnitentias quis ſatisfacit pro peccatis ſuis, prius remitti pœnas illorum peccatorum quæ non habent diffinitam pœnitentiam iniunctam per poteſtatem clauium quam eorum quæ in confeſſione iam iudicata ſunt, quia horum remiſsio reſeruatur facienda per pœnitentiam iniunctam, quam fieri poteſt; Conſequentia patet argument. text. in cap. ex parte 17. de decimis vbi conſtituitur regula, quod vbi maius conceditur, minus conceſſum eſſe videtur, Authentica multo magis C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cum in cunctis de electione, quæ maxime procedunt in his quæ ſunt eiuſdem ordinis, & per ſe ad idem priuilegium ſeu poteſtatem expectant, qualia ſine dubio ſunt ea de quibus nunc agimus. Deinde quia beneficiũ Principis largiſsime interpretandum eſt regula beneficium in 6. cap. olim de verborum ſignificat. cum alijs quę ibi citat gloſ. De his tribus concluſionibus late pater Suar. dict. diſputat. 50. ſectio. 3. quem poteris videre, quia pro noſtro inſtituto hæc ſufficiunt.

Ex quibus omnibus iam veniunt interpretanda verba noſtræ gloſſæ, vt intelligatur iuxta ſecundam concluſionem, & quæ ibi diximus: Cum enim indulgentia iſta ſit plenaria, non ſolum remittit pœnitentias iniunctas ſeu pœnas illis correſpondentes, ſed etiam quaſlibet alias vt ſupra, & in ſecundo præludio dictum eſt. 12

13 Cum autem indulgentiarum ſit baſis & fundamentum Eccleſiæ theſaurus, inquirere oportet an ſit in Eccleſia ſpiritualis theſaurus, qui per indulgentias diſpenſari valeat? & certiſsima propoſitio ſit eſſe in Eccleſia Chriſti theſaurum potiſsime ac præcipuè conſtantem ex Chriſti meritis, & ſatisfatione, qui inter alios modos per indulgentias applicari ſeu diſpenſari poteſt, quæ ſententia videtur eſſe de fide, & ſaltem contraria erronea, vt videre licet per Caietan. opuſcul. 15. de indulgentijs cap. 1. 2. & 3. Sot. diſtinct. 21. quæſt. 1. art. 2. Palud. diſtinct. 20. quæſt. 4. Medin. diſputat. 8. de indulgentijs cap. 43. & ſequentib. Cordub. quæſt. 2. & 3. de indulgentijs Petrus Sot. lectio. 2. de indulgent. Roſenſ. art. 17. contra Luterũ Suar. vbi ſupra diſputat. 51. ſect. 1. & præcipuè hæc veritas tradita eſt, & declarata a Clement. 6. in extrauaganti Vnigenitus de pœnitent. & remiſ. vbi cum dixiſſet Chriſtum Dominum per effuſionem totius ſanguinis ſui nos redemiſſe; cum vnà gutta ſanguinis propter vnionem ad Verbum ad redemptionem totius generis humani ſufficere potuiſſet, ſubdit ibi: quantum ergo ex inde, vt nec ſuperuacua inanis, aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filijs pius Pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt Dei amicitię participes ſũt effecti, quem quidẽ theſaurũ non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per beatum Petrũ Cæli Clauigerum eius quę ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, quę verba ſuperioris aſſertionis partes omnes continent,

nẽt, & ſingularum præcipua fundamenta ac rationes declarant: Principale fundamentum huius veritatis, & theſauri eſt vnio Verbi incarnati ad humanam naturam, in hũc finem facta vt Verbum incarnatum lapſum hominem redimeret, & pro illo Deo Patri ex perfecta iuſtitia ſatisfaceret, ex quo miſterio neceſſario fuit cõſequens vt opera & pœnę eiuſdem Verbi incarnati infiniti fuerint meriti ac ſatisfationes, cumque omnia ab ipſo fuerint facta & aſſumpta vt a Redemptori hominum, & propter eorum ſalutem, ſequitur etiam vt theſaurum ex illis bonis operibus ac pœnis reſultantem, non tam ſibi quam ipſis hominibus quibus ſemper futurus erat iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio adquiſierit: hunc ergo theſaurum vere habet Eccleſia ſibi a Chriſto acquiſitum, & ex eius meritis, & ſatiſfatione conſtantem. Vnde ſequitur quod idem Pontifex docuit vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, nam opera Chriſti per infinitam excellentiam ſuppoſiti operantis infinitum valorem ad meritum, & ſatisſationem habuerunt, vt late per Theologos ſuis in locis, & latiſſime Suar. 1. tom. ad 3. part. diſputatione 4. & hęc ſũt abundantes illę diuitię gratię quas Deus in bonitate ſuper nos oſtendit in Chriſto Ieſu, de quibus loquitur Paul. ad Epheſ. 2. quas ſtatim, cap 3. inueſtigabiles diuitias Chriſti appellat, & diſpenſationem ſacramenti a ſæculis in Deo, per quę verba egregiè poteſt methaphora theſauri ad hunc Eccleſię theſaurum accommodari. Hæc enim vox in propria & primęua ſignificatione materialem theſaurum ſignificat, quæ diffiniens Coniuitus in l. nunquam ff. de acquirendo rerum do-

minio, ait eſſe depoſitionem quandam pecunię cuius non ſtat memoria, latius vero & communi vſu accipi ſolet pro cumulo in quo res prętioſiſsimę reconditæ ſunt, merito ergo abundantiſsimus cumulus diuitiarū Chriſti theſaurus Eccleſię dictus eſt, qui propter infinitatem ſuam inueſtigabilis iuxta fraſim Pauli appellari poteſt, ob idque merito dixit Clemēs VI. non eſſe timendum de diminutione, aut conſumptione huius theſauri propter infinitatem meritorum Chriſti, in quo amplius non inmoramur cum hęc materia magis pertineat ad Theologos ſcholaſticos.

14 Maior tamen dubitatio eſt vtrum iſte theſaurus Eccleſiæ qui per indulgentias diſpenſatur conſtet etiam ex ſatisfationibus ſanctorum? Et aliqui Theologi auſi fuerunt negare theſaurum Eccleſiæ, vt conſtantem ex meritis vel ſatisfationibus aliorum prętet Chriſtum, cuius adducunt aliquasrationes, quas videas apud Suar. diſputat.51, ſectio.2. quibus ſatisfacit ibi: Contrarium tamen dicendum eſt, theſaurum ſcilicet Eccleſiæ non ſolum conſtare ex meritis Chriſti, ſed etiam ex meritis ſanctorum, conſtat ex extrauaganti Vnigenitus de pœnitent. & remiſsio. ibi ad cuius quidem theſauri cumulum Beatæ Dei genitricis, & omnium electorum a primo iuſto vſque ad vltimum adminiculum præſtare noſcuntur, & id confirmauit Leo. 10. in Bulla in qua errores Luteri condemnauit, & in decreto, miſſo ad Caietan. quod ipſe refert 3. part quæſt. 28. art. 5. vbi ait: Pontificem poſſe theſaurum Ieſu Chriſti, & Sanctorū diſpenſare, & ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & ſummo Pontifici reſeruatæ id teneri

atque

atque doceri præcipit,& ita in hac doctrina affirmanda conueniunt Theologi ſuperius citati. Solet autem hæc veritas præcipuè ſuaderi teſtimonijs ſcripturæ, quibus probaui eſſe inter fideles communicationem bonorum operum, & vnum poſſe alteri ſatisfactionem ſuam per modum ſuffragij communicare, quibus adſtipulatur illud Pauli 2. Corinthior. 12. non quęro quę veſtra ſunt, ſed vos, nec enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs, ego autem libentiſsime impendam, & ſuperintendar ego ipſe pro animabus veſtris: vbi ſignificat Paulus ſe vt ſpiritualem patrem theſaurizare filijs ſuis, quos per Euangelium in Chriſto genuerat, & in hunc finem ſe eſſe paratum ad vitam pro illis tradendam; & hinc fortaſsis ſumpſit occaſionē Origines vt diceret in homil. 10. & 14. in Num. Paulum ſuo modo expiauiſſe peccata aliorum pro Chriſto patiendo. Facit pręterea 2. Corinth. 8. ibi, in præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtrę innopiæ ſit ſupplementum: Quorum verborum ſenſus eſſe videtur, ſicut ex abundantia diuitiarum materialium quidam ſubueniunt indigentibus, ita ex ſpirituali abundantia quorumdam fidelium, poſſe alijs ſpiritualiter indigentibus ſubueniri: hæc ergo abundantia ſpiritualis conferret ad quodam incrementum Eccleſiaſtici theſauri, quę teſtimonia licet forte per ſe ſola non cogūt, tamen ſuppoſita Eccleſiaſtica traditione & doctrina cum illa optime quadrant, & prædictum ſenſum apertiſsime admittunt, quia ſignificant in quibuſdam fidelibus tantum eſſe abundantiam meritorum, vt per ea poſsint

alijs

aliis indigentibus prodeſſe. Vnus autem modus ſobue-
niendi eſt per communicationem ſatisfationis, quæ ſi-
cut poteſt alicui perſonę priuatim donari per modum
ſuffragii, ita etiam poteſt theſauro Eccleſiæ relinqui,
ergo quando ſcriptura vniuerſe & indiffinite loquitur
merito intelligimus hæc omnia ſummatim compre-
hendere, Modus autem huius theſauri variè explica-
tur a Theologis, & a Suar. ſupradict. ſect. 2. quos vide-
re poteris: vnde aliud inſurgit dub. Vtrum indulgen-
tiæ tantum concedi poſsint ex theſauro Eccleſię? quod
varié diſputant Theologi, vnum nobis tamen ſit certiſ
ſim.ũ ex communi ſententia Theologorum; Indulgen-
tias ſemper, & neceſſario fieri ex theſauro, ſiue per
modum abſolutionis, ſiue per modum auxilij, aut ſuf-
fragij concedantur, ita vt diuitiæ huius theſauri in ſuo
genere ſint cauſa neceſſaria, & moraliter per ſe concur-
rens ad hunc effectũ, hæc eſt aperta ſententia D. Tho.
in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 3. ad 3. vbi hac ratione di-
cit indulgentiam fieri per ſolutionem, & idem ſen-
tiunt ibi Bonauent. 2. part. diſtinctio. queſt. 5. & 6. Du-
rand. quæſt. 3. Paluda. quæſt 4. Richard. artic. 4 queſt.
2. & artic. 8. quæſt. 1. Sot. diſt. 21. quæſt. 1. artic. 2. Supple
mentum Gabriel. diſt. 45. quæſt. 3. artic. 1. Petrus Sot.
lectio. 2. de indulgẽcijs Cordub. late quæſt. 4. & 5. Suar.
diſputat. 51. ſect 3. num. 3. quæ ſententia valde conſen-
tanea eſt verbis Clementis VI. in extrauaganti Vnige-
nitus de pœnitent. & remiſſ. & Leonis X. in citata epiſt.
decretali ad Caietan, multi vero ex dictis authoribus
indifferenter loquuntur de hoc theſauro, vt conſtante
ex meritis Chriſti Domini & ſanctorum de quibus nõ
omnino

omnino eſt eadem ratio de illisque faciunt diuerſas diſtinctiones, & inter opera Chriſti & ſanctorum diſtinguunt duas rationes, meriti, & ſatisfationis, in quibus multa conſumunt quæ ad nos non pertinent, ideo in illis ſuperſedeo de quibus videre poteris proxime citatos.

## GLOSAE DECIMAETERTIAE.

### Summarium.

*Miniſter proprius ſacramenti Pœnitentiæ eſt Epiſcopus Diocæſanus, & proprius Parrochus, nu. 1.*

*Pontifex, Epiſcopus & proprius Parrochus iure ordinario, poßunt audire confeſsiones, alij vero ex delegatione, 2.*

*Presbyteri quamuis in ſua ordinatione poteſtatem accipiant abſoluendi a peccatis, hoc eſt in habitu, non vero in actu, & quomodo intelligatur? 3.*

*Bulla Iobelei diui Iacobi dum concedit licentiam eligendi Confeſſarium ſolum intelligi poteſt de illo qui habet iuriſdictionem in actu, nō in habitu audiendi confeſsiones, ſiue iuris dictio ſit ordinaria, ſiue delegata. 4.*

*Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas con-*

*feſsiones an cenſeatur approbatus in alio?. 5.*

# GLOS. DECIMA TERTIA.

## Cum facultate diputandi Confeſſores.

1 HAec verba non minimam continent difficultatem ex eo quod proprius miniſter ſacramenti pœnitentiæ eſt Epiſcopus Diocæſanus, vel proprius Parrochus, cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnitentijs,& remiſſ. cap. 2. eod. tit. in 6. cap. 1. de pœnitent. diſt. 6. & conſtat Matth. 18. cap. & Ioann. vltim. & aperte diffinitum eſt in Florentino, & Tridentino ſeſſ. 14. cap. 1. & 6. de ſacram. pœnitẽtiæ, igitur nullus alius poteſt audire confeſsiones, & ex conſequenti, nec virtute noſtri Iobelei quis ad arbitrium eligere confeſſorem prout in verbis proxime relatis, quod adeo verum eſt vt cõfeſsio facta coram alieno Sacerdote nulla ſit, dict. cap. omnis vtriuſque ſexus, cap. 2. eod. tit. in 6. ibi; contraria conſuetudo irritatur Trident. vbi proxime, etiam ſi talis confeſsio ſit extra quadrageſimam, ſecundum Abbat. num. 7. & commun. in dict. cap. omnis vtriuſque ſexus, Caietan. de authorita. Papæ, cap. 19. Adrian. de Confeſſ. dub 8. Medin. C. de confeſsione, tit. de alieno Sacerdote, Nauarr. in Man. cap. 9. num.

5. & in

5. & in cap. placuit de pœnitent. diſtinct. 6. num. 8.
Huic tamen difficultati facile ſatisfacies, ſi aduertas quod aliud eſt audire confeſsiones iure proprio aliud vero ex delegatione habentis poteſtatem delegandi, in primo caſu bene verum eſt quod ſolum Pontifex cum vniuerſalis paſtor ſit ex verbis Chriſti paſce oues meas, & Ordinarius Ordinariorum, cap. olim de conſuetudine, Epiſcopus & proprius Parrochus poſſunt audire confeſsiones iuxta iura ſuperius allegata; ex delegatione autem multi alij poſſunt, cap. 2. de pœnitent. & remiſſ. lib. 6. dict. cap. omnis vtriuſque ſexus & notant DD. in dictis iuribus: quo caſu delegati ad audiendas confeſsiones cenſentur vices delegantium ſubſtinere, & eorum perſonas repræſentare, argument. text. in reg. qui per alium in 6. iſti tamen delegati debent, eſſe idonei & approbati, iuxta textum in dict. cap. 2. & in cap. omnis vtriuſque ſexus ad confeſsiones audiendas gloſ. verbo ſpeciali, in Clement. 1. de priuileg. docet Cano. de pœnitentia 5. part. Cordub. in Quęſtionario quæſt. 10. dub. 3. Greg. Lopez in l. 21. tit. 4. pag. 1. gloſſ. 3. Zarola in praxi verbo confeſsiones in princip. Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ fol. 80. Vasquez in 3. part. D. Thom. tom. 3. diſputatio. 219. num. 55. & ſequent. quod hodie diffinitum eſt a Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. cuius ea ratio reddi poteſt. Quod quamuis Preſbyteri in ſua ordinatione a peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant Ioann. 20. cap. quorum remiſeritis peccata, Matth. 16. cap. in nouo 21. diſt. cap. ex authoritate 16. quæſt. 1. Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. in princip. nō illam poteſtatem accipiunt in actu, ſed in habitu, vt 3

quotieſcumque beneficium curatum habuerint, vel licentiam & delegationem habentis poteſtatem, poſsint reducere ad actum, argument. text. in dict. cap. 2. de pœnitentijs in 6. dict. cap. omnis vtriuſque ſexus, probatur aperte a Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. a verſic. decernit ſancta Sinodus cui conſonat proprius motus Pij V. relatum inter illos quos promulgauit tempore ſui Pontificatus pag. 282. Caietan. tom. 1. Opuſculorum tract. 7. quæſt. vnica, Nauar. in ſumma, cap. 4. num. 2. & 3. & in cap. placuit de pœnitent. diſtinct. 1. Sot. in 4. diſtinct. 18. quæſt. 4. art. 2. & diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 5. Petrus Sot. Lectio. 5. de Confeſſ. D. Thom. in 4. diſtinct. 17. qu. 3. art. 3. gloſ. 4. in corpore ad 3. & diſtinct. 19. quæſt. 1. art. 3. gloſſ. 1. in corpore & ad 1. Capreolus eadem diſt. quæſt. vnica art. 1. concluſio. 3. Richard. art. 1. quæſt. 3. Gabr. quæſt. vnica, art. 2. concluſ. 5. Bonauentu. art. 3. quæſt. 1. Scotus quæſt. 1. qui omnes docent eſſentialiter ex parte miniſtri neceſſariam eſſe iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam: Secus atque in Epiſcopo reſpectu ordinationis, ille enim eo ipſo quod Epiſcopus conſecratur verus eſt miniſter ordinis, etiam ſi prohiberi poſsit præcepto Eccleſiaſtico, qua prohibitione exiſtente nihilominus ordinatio facta ab ipſo valet, & hanc ſententiam veriorem exiſtimat Durand. loco citato, & probatur ex Concilio Florentin. ſeſſ. vltima in decreto Eugenij & Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. vbi diffinitur miniſtrum huius ſacramenti eſſe Sacerdotem habentem iuriſdictionem ordinariam aut delegatam, & cum hoc dicitur in Trident. aſsignatur hæc conditio miniſtri tamquam eſſentialiter neceſſaria, quæ tamen

non

non aſsignatur in miniſtro ordinis, vel alterius ſacramenti, pro quo pōdero text. in dict. cap. 2. de pœnitent. & remiſſ. in 6. vbi diffinitur nulla conſuetudine introduci poſſe vt aliquis præter ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere poſſe, facit Trident. ſeſſ. 23. dict. cap. 15. ibi, niſi aut Parrochiale beneficium aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationē (quæ gratis detur) optineat, priuilegijs & conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus. Ex quo con ſequitur hoc iure diuino, non humano, introductum fuiſſe, & probatur ratione optima deducta ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. ibi: ſed adinſtar actus iudicialis quo ab ipſo, velut a iudice ſententia pronuntiatur: ex quorum verborum contextura colligitur, quod ſacramentum pœnitentiæ eſt inſtar iuditij, & forma illius eſt vera ſententia, igitur quamuis Chriſtus potuiſſet, ita inſtituere ſacramentum vt omnes Sacerdotes quemlibet abſolueret poſſent, & haberent iuriſdictionem ordinariam in omnes fideles, cum hoc non feciſſet dicendum eſt ſolum illos Confeſſarios eſſe poſſe qui ordinariam aut delegatam iuriſdictionem habent, de quibus ſit mentio in dictis Concilijs, quibus addo, quod ſi hanc iuriſdictionem Chriſtus Dominus in actu omnibus Sacerdotibus concederet per ordinationem, inutile fuiſſet diuidere Epiſcopatus, & Parrochias cum quilibet Sacerdos Parrochus proprius eſſet in aliena parrochia.

Ex ijs venit interpretanda noſtra Bulla in verbis iſtius gloſſæ, quod licet per iſtud priuilegium datum a 4

Dd Paſtore

Paſtore vniuerſali, ſcilicet Pontifice maximo conceda tur licentia Chriſti fidelibus eligendi cõfeſſarios hoc intelligi debeat de illis, qui habent iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, iuxta Trident. ſect. 14. cap. 7. non tamen de ſimplicibus Sacerdotibus qui habent facultatem audiendi confeſsiones in habitu, id eſt, cum habuerint ſubditos. Nec obſtabit ſi dicas quod Pontifex concedendo iſtam licentiam delegauit iuriſdictionem, & ſic etiam ſimplex Sacerdos poteſt eligi, quia reſpond, quod ex his verbis non colligitur talis delegatio cum Pontifex priuilegium non concedat confeſſario, ſed volenti Iobeleum lucrari, iſte autem debet eligere Sacerdotem qui habeat facultatem audiendi confeſsiones, pro quo expendo verba Bullæ, ibi cum facultate deputandi confeſſores vult enim Pontifex in illis quod ex confeſſoribus ordinarijs, vel delegatis approbatis eligat quem maluerit, quod vtique non poſſet facere de iure communi ex text. in dict. cap. omnis vtriuſque ſexus in dict. cap. 2. niſi in caſu ignorantiæ, ex text. in cap. placuit de pœnitent. diſtinct. 6. Richard. in 4. diſtinct. 17. art. 3. quęſt. 7. in corpore ad 3. Paluda. quęſt. 3. artic. 3. in princip. Adria. in 4. quæſt. 5. de Cõfeſsione dub. 3 & 8. ad ſecundum quæſitũ, Silueſter verbo Confeſſor. 1. quęſt. 6. vel quando ſolicitauit pœnitentem ad peccandum, vel quando habuit cõſuetudinem cum muliere, ex eiſdem ita intelliges priuilegium quod hodie concedit Bulla Cruciatæ eligendi confeſſores, illud enim concedit Pontifex, quia alias niſi in caſibus proxime relatis fideles non poſſent confiteri niſi proprio parrocho.

An autem approbatus in vno Epiſcopatu cenſeatur 5
approbatus in alio,non lęuis dubitatio fuit, & quãuis aliqui teneãt partem affirmatiuã ex eo ſolum quod illa verba Concilij approbatũ ab Ordinario, debent intelligi de Ordinario Sacerdotis,& nõ pœnitẽtis prout fuit Cordvb.in Sum. quæſt.10.reſponſione ad ſecundũ dub.& aliqui affirmarunt hanc ſententiam fuiſſe receptã in Salmanticenſe Achademia vt refert Emanuel. Rodrig. in explicatione Cruciatę §. 9. num. 5. dub.2. Contraria vero verior eſt, & iuri magis conſentanea, ſecuriorque,ideo tenenda ex eodem Eman.Rodrig.vbi proxime, & eam eleganter, & ſatis erudite diſputat, & defendit Ioann. Gutierr. in quæſtionibus Canoni.cap. 27.num.6. & 7. cum ſequentibus omnino videndus. Vnde qui noſtrum Iobileum lucrari intendunt aduertant quod eligant Confeſſorẽ approbatum ab Ordinario ſuius Diæceſis, non inficior tamen quod contraria ſẽtentia eſt probabilis, hæc tamen certa: ita interpræter, & intelligo verba Bullæ Cruciatæ, ibi: *Pueda elegir por Confeſſor a qualquier Presbytero ſecular, o regular de los approbados por el Ordinario.* Vt intelligantur de approbatione Ordinarij illius Epiſcopatus, vbi confeſsiones fieri debent,& non alterius, quod vt melius intelligas, non obliuiſcaris poteſtatem ſupernaturalem lege Euangelica inſtitutam fuiſſe interiorem, & exteriorem, interiorem foro animæ conuenientem qua a peccatis abſoluimur, ad pœnitentias adſtringimur,vocaturque poteſtas ordinis. Matth.16. tibi dabo claues regni Cælorum, cap. in nouo 21. diſtinct. dict. cap.omnis vtriuſque ſexus de pœnitent. & remiſſ. opti-

me

me Trident.ſeſſ.14.de ſacramento pœnitent.cap.1.5.& 6. & per Canones ibi diſpoſitos. Exteriorem ad conſeruandam Eccleſie mageſtatem, conſeruandos quæ in Eccleſia populos neceſſariam, vocaturque iuriſdictionis deſignatam, Matth.18. cap.quodcumque 24. quæſt. 1. Trident.ſeſſ.25.cap.3. qua diuinas leges interpretari, humanas condere, ſecundum eas iudicare, rebelles comprimere, & omnes in officio continere Pontificibus relictum eſt. Vtramque quæ poteſtatem ex eadem lege diuo Petro & ſucceſſoribus immediate datam fuiſſe, & inde in alios fluxiſſe Prelatos pro ſua iuriſdictione, vt alter alterius Clericum nec ordinare, nec iudicare, nec licentiam ei date aliquo modo, & in nullo caſu præſumat, cap.nullus 1.& 2. 9. quæſt.2. cap.1. capit. ſignificaſti de foro competenti, & vtrobique notant DD. Si igitur iſta iuriſditio eſt priuatiua quomodo approbatus in vno Epiſcopatu in alio poterit confeſsiones audire? etiam virtute Bullæ, vel Iobelei, ſiquidem Epiſcopus qui Confeſſarium approbauit ei iuriſdictionem concedere non potuit extra territorium, nec ei poterunt prodeſſe verba Bullæ, vel Iobelei, quia vt ſupra adnotauimus hoc priuilegium non fuit introductum fauore Confeſſarij, ſed pœnitentis, & poſtquam hæc ſcripſi in cōfirmationē huius ſententiæ ad inſtantiā Domini D. Ludouici Fernādez de Cordoua, quondam Epiſcopi Salmanticenſis, nunc vero meritiſsimi huius Apoſtolicæ Eccleſie Archiepiſcopi ſacra Cardinaliū Congregatio id decreuit, his verbis Illuſtriſsime & Reuerendiſsime Domine cum ex Sacr. Concil. Trident. nullus nec ſęcularis, nec regularis Confeſsionem

ſacra

ſacramentalem audire poſsit, nec alia adminiſtrare ſacramenta ſine licentia Epiſcopi illius Diœceſis, aliqui regulares opinantur, quod ſemel approbatus ab aliquo quouis Epiſcopo, ſi deinde ad aliam Diœceſim commigrat non indigeat noua approbatione Epiſcopi dictæ Diœceſis commutatæ, & cum hæc opinio magnum pariat animarum conſcientijs detrimentum ſupplicatur explicari veram ſacr. Concil. interpretationem. Pariter aliqui regulares ex approbatis ab alienis Epiſcopis qui nollunt examinari, nec approuari ab Epiſcopo Salmanticenſ. faciunt ſe ab ipſorum pœnitentibus eligi pro Confeſſarijs virtutæ Bullæ Cruciatę, quæ dat facultatem pœnitentibus, vt poſsint eligere quenquam Confeſſarium ex approbatis ab Ordinario, id falſo (vt creditur) interpretantes, & in approbatis ab alienę Diœceſis Ordinario, ideo ad inſtantiam Epiſcopi Salmantin. deſideratur ſententia ſacræ Congregationis.

Sacr. Congr. Cardin. Concil. Trident. interpretũ ad primam reſpondit, Confeſſarium ad audiendas perſonarum ſæcularium confeſsiones in vna Diœceſi approbatum, non poſſe in alia confeſsiones audire abſque Diœceſani Epiſcopi, approbatione.

Ad ſecundum Bullam eſſe intelligendam de Ordinario confitentis, ac propterea, non poſſe alium eligi, quam approbatum ab Epiſcopo Diœceſano illius qui peccata vult confiteri. *A. Cardinal. Vicecommiſſ.* Quas declaraciones vidi authenticas.

Ee GLOS-

# GLOSSAE DECIMAQVARTAE
## Summarium.

PEccata grauiora a principio naſcentis Eccleſiæ ſemper ſolita fuerunt reſeruari ſuperioribus Prælatis, num. 1.

Caſus ethymon & ſignificatio refertur, & aliqua de caſibus reſeruatis, 2.

Bulla Iobelei diui Iacobi in illis verbis etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis interpretatur, 3.

Dictio etiam implicatiua eſt, & ponit caſum magis dubitalem, 4.

Caſus nullus fere reſeruatur Pontifici in quo non ſit cenſura annexa, concedendo tamen facultatem abſoluendi a caſu concedit etiam abſoluendi a cenſura, 5.

Iobeleus diui Iacobi an concedat licentiam abſoluendi a caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ? 6.

Textus in extrauaganti 1. & 2. de pœnitent. & remiſſ. interpretatur quo ad noſtrum Iobeleum circa abſolutionem caſuum reſeruatorum, 7.

Hæreſis crimen an abſolui poſſit virtute Iobelei diui Iacobi? 8.

Hæ-

*Hæreticus omnino occultus, an abſolui poſsit virtute Iobelei diui Iacobi?* 9.

*Hæreticus omnino occultus poteſt abſolui virtute Iobelei diui Iacobi, & idem in ſciſmaticis fautoribus & receptoribus hæreticorum.* 10.

*Abſolutio a cenſuris contenta in Iobeleo intelligitur in foro interiori, non in exteriori.* 11.

*Abſolutio a cenſuris Papæ reſeruatis contenta in Iobeleo, an comprahendat reſeruata a Prælatis inferioribus?* 12.

*Abſolutio a peccatis tempore Iobelei, an extendatur ad peccatum reſeruatum per obliuionem omiſſum?* 13.

*Peccatum committens reſeruatum ex confidentia Iobelei, an virtute illius poſsit abſolui?* 14.

*Vota an commutari poſsint virtute Iobelei diui Iacobi.* 15.

*Irregularitas an diſpenſari poſsit per Iobeleum diui Iacobi.* 16.

# GLOS. DECIMA QVARTA.

Etiam in caſibus ſedi Apoſtolicę reſeruatis.

ETſi peccatorum venia detur correctis, teſte Gregorio in Regul. peccati venia de regul. iur. lib. 6. reg. peccatũ eodem lib. cum ibi notatis per gloſ. Dinum & DD. quia ſæpe facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, Extrauagans & ſi Dominici 1. & 2. de pœnitentijs & remiſſ. cap. vt Clericorum de vita & honeſtate Clericorum, ſemper ſancti patres conſiderarunt a principio naſcentis Eccleſiæ vſque adhuc ſumme expedire ad populi Chriſtiani diſciplinam caſus aliquot, & peccata grauiora, & atrociora abſolui non poſſe a quocumque Sacerdote approbato per Ordinarios ad audiendas confeſsiones, ſed a principalioribus miniſtris, Eccleſiæ Dei, veluti a Pontifice, Epiſcopis, & alijs Prælatis ſuperioribus, prȩſumendo quod remedio talium peccatorum erat neceſſaria maior prudentia, iudicium, & deliberatio, vtque fideles conſiderando quod medicina erat difficilior, ſe abſtinerent a talibus peccatis committendis maiori ſolicitudine, & vigilantia, cap. ſi quis, ſuadente 17. quæſt. 4. cap. ita quorumdam de iuditijs, cap. conquæſtus de ſententia excommunicationis, cap. quicumque eodem titu. in 6. extrauagans & ſi Dominicus 2. de pœnit. & remiſſ. op-
2 time Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. & Cano. 11. Et licet caſus propriè deſcendat a verbo Cado, & ſignificet ruinam iuxta illud Curtij (caſu rhȩde inopinato oppreſſum) per tranſlationem que ſignificat alia, ſcilicet miſeriam, per quam quis ruit â ſtatu felicioii iuxta illud Virgilij.

*Sed ſi tantus amor, caſus cognoſcire noſtros.*

& eueu

& euentum inopinatum quia cadit & deuiata regula prudentię. In propoſito noſtro ſignificat peccatū quo quis cadit a rectitudine virtutis, & eſt duplex, alter reſeruatus, alter non reſeruatus. Reſeruatus eſt cuius abſolutio addimittur alicui Sacerdoti inferiori, & eſt duplex, alter Papalis, cuius abſolutio ſolum Pontifici eſt reſeruata, & adempta a parrochis, & Prælatis, alter Epiſcopalis, cuius abſolutio ſolis parrochis aufertur, qui autem ſint caſus reſeruatus Pontifici enumerant fere omnes DD. & ſummiſtæ in propriis locis optime tamen eos explicando Nauar. in Manuali latin. cap. 27. num. 259. eleganter Suar. de cenſur. diſputat. 21. a ſectio. 1. cum ſequētibus. Caſus vero reſeruatos Epiſcopis inuenies apud gloſ. in cap. 2. de pœnitent. & remiſ. in 6. Hoſtienſ. in ſumm. eod. tit. §. 2. Specul. de diſpenſ. & de pœnitent. & remiſſ. Archidiac. cap. vlti. de pœnitent. diſtinct. 6. Summiſtas ſupra Nauarr. & Suar. vbi proxime, qui poſtquā mentionē faciunt de caſibus Papæ reſeruatis ſtatim enumerant qui ad Epiſcopos ſolummodo pertinent. Nonnumquam vero aliqua peccata reſeruantur Prælatis religionum, vide Emanuelem Rodrig. in explicatione Bullæ §. 9. dub. 8. Ex qui- 3
bus veniunt interpretanda verba noſtræ gloſſę ibi, etiā in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, vt ſcilicet qui intendat noſtrū Iobeleum lucrari, poſsit eligere Confeſſarium, qui non ſolū abſoluat illum a non reſeruatis, ſed etiam a reſeruatis, quamuis Papales ſint, nam & ad hoc tribuit Pontifex poteſtatem. Illa enim dictio etiā 4
implicatiua eſt, & ponit caſum magis dubitabilem, l. conuenticula, Cod. de Epiſcop. & Cleric. l. etiam C.

ſi tutores, vel curato. Decius in l. quamquam num. 10. C. de militari teſtamen. cap. vnico de commodato, & ibi Panormitan, nu. 3. text. in Clement. Religioſus & ibi, Zauarela nu. 1. de præſcript. text. in Clement. Vnica §. fin. in princip. & ibi Zauarel. nu. 2. de ſupplenda negligent. Prælato. text. in Clemen. Nollentis verſic. & tam & ibi Zauarel. num. 1. de hæreti. Pariſius conſi. 41. num. 5. volum. 4. & conſil. 36. num. 9. & conſil. 65. num. 18. & conſil. 98. num. 69. volum. 1. Calderin. conſil. 4. in fin. de præbend. quod procedit etiam in materia ſtricta, & exhorbitanti. Decius conſil. 696. num. 13. & conſ. 466. num. 17. Menoch. de recuperanda poſſeſsione, nu. 256. vbi plures adducit Ruinus conſil. 21. num. 3. volum. 1. Selua conſ. 64. num. 10. & ibi alios refert, vt igitur omnem dubitationem quando caſus reſeruatos conceſsit Pontifex tolleret dixit, etiã ſedi Apoſtolicæ reſeruatis.

5 Quia tamen nullus fere caſus inuenitur Pontifici reſeruatus in quo cenſura annexa aliqua non ſit teſte Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 261. qui aducit D. Antoninum, Sot. in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 5. reſponſione ad 1. Suar. de cenſur. diſputat. 7. ſect. 4. num. 11. poterit quis dubitare an conceſſa facultate de qua in noſtra gloſ. cenſeatur etiã conceſſa facultas abſoluendi a cenſurijs? & reſolutiue teneas partem affirmatiuam, quia alias fruſtratoria eſſet gratia, cũ prius quis abſolui debeat a cenſuris, quam a caſu reſeruato cui annexa eſt, & ita in terminis tenet Toletus in ſumma lib. 1. cap. 41. num. 13 & Clarius lib. 3. cap. 34. num. 3. Vibaldus de abſolutione num. 56. Saa in aforiſmis verbo caſus reſeruatus num. 2. Marius Alterius de cenſur. diſputat. 3.

de

de abſolutione excommunicationis lib. 4. cap. 4.

Grauis tamen inſurgit difficultas an per iſtam conceſsionem generalem abſoluendi a caſibus reſeruatis Pontifici, etiam ſi excommunicationem habeant annexam, videatur ſimiliter conceſſa poteſtas abſoluendi a contentis in Bulla Cœnæ? & videtur quod non, quia cenſuræ iuxta vſum, & morem Eccleſiæ habent ſpecialem rationem, & grauitatem, ac reſeruationem, virtute cuius non cenſentur comprehendi ſub clauſula generali; nam in generali conceſsione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus. Regula in generali de reg. ul. jur. lib. 6. cap. vlti. de officio Vicarij eodem lib. & vtrobique ſcribentes, & ita in generalibus conceſsionibus abſoluendi a caſibus reſeruatis Pontifici in trepide tenent Iacobus de Graphis lib. 4. deciſionum cap. 15. num. 76. & cap. 18. num. 2. qui citat Couarr. & Nauar. minus bene tamen quia eos non inueni ad propoſitum, tenet Suar. de cenſur. diſputat. 7. ſect. 5. num. 11. & cum Staſileo & Gometio, rectè docet Eman. Rodrig. in additionibus ad Bullam Cruciatæ §. 9. num. 64. Corona 4. part. cap. 6. de ſacramento pœnitent. num. 25. 7. dub. Vgolinus de cenſur. tabul. 1. cap. 10. §. 4. num. 7. Flechiſſa de excommunicatio. 4. part. art. 1. num. 7. ad finem primi dubij, Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 77. §. 1. conſtat ex eadem Bulla Cœnæ in finalibus verbis, quod aliqui extendunt etiam ſi concedatur generalis facultas abſoluendi a talibus caſibus, dummodo vniuſcuiuſque non fiat expreſſa mentio. Et ita videtur quod in generali conceſsione caſuum reſeruatorum Pontifici, in noſtro Iobeleo non comprehendantur 6

dantur

dantur caſus Bullæ Cœnæ. Sed quamuis hoc, ita ſit in noſtro Iobeleo, aliter dicendum, ſalua cenſura, & correctione ſanctæ matris Eccleſiæ exiſtimo ex ſequentib. Primo quia caſus Bullæ Cœnæ multos poſt annos, quã Iobeleus noſter fuerunt reſeruati, nam primi proceſſus horum caſuum qui reperiuntur in Vaticana Bibliotecа ſunt Gregor. XI. qui Eccleſiam gubernauit circa annum. 1370. vt refert Toletus lib. 1. inſtructionis ſacerdotum cap. 18. Iobeleus autem Compoſtellanus multo ante cõceſſus fuit, vt diximus. Cumque ita celeberrimũ non eſt prȩſumendum, quod Pontif. Maxim. in illo exceptionem fecerit horum caſuum. Deinde quia quæcumque lex, ſtatutum, ſeu diſpoſitio ſemper futuros caſus, & non præteritos reſpicit, niſi ſpecialiter prȩteritos excipiat l. leges, & conſtitutiones C. de legib. ibi: leges & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de prȩterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cauſam ſit, l. non dubium C. eodem, l. Vibimus, l. fin. C. de teſtamentis, ibi: quid enim peccauit antiquitas cap. 2. cap. fin. de Conſtitutio. cap. dixit Sarra. 34. quæſt. 4. & in materia priuilegiorum, cap. 1. de reſcript. Federicus de Senis conſil. 233. in princip. num. 2. etiam ſi in ſecundo priuilegio fiat mentio de priuilegiis in genere, quia non tolluntur priuilegia ſpecialia per clauſulam generalem, cap. 2. de dolo. & contu. Fædericus vbi proxime num. 2. quinimô, nec ſpecialis mentio facta in ſecundo priuilegio tollit primum ſpeciale, niſi in ſpecie de eo faciat mentionem, cap. cæterum de reſcript. multa cumulat ad propoſitum Car-

dinal.

dinal. Tuſcus littera P. concluſ. 752. & vtrobique ſcribente, facit illud Ouidij 2. de fauſtis.

*Prouida lex rebus ſemper dat iura futuris.*

Cum igitur vt dictum eſt reſeruatio caſuum Bullæ Cœnæ poſt noſtrum Iobeleum fuerit promulgata, ad illũ extendi ratio non poſtulat. Vlterius quia verba vniuerſalia omnia includiũt, nam qui totũ dicit nihil excludit, l. Iulianus ff. delegat. 3. & verba generalia nihil relinquunt in tactum, Bald. conſ. 305. verba Principis in princip. lib. 1. aliàs vniuerſalitas falſa redderetur, Angel. conſ. 288. viſo themate num. 2. circa fin. colum. 3. verſic. hoc etiam probatur, pleniſsime Craueta conſ. 294. per totum, quia generalis locutio nihil reliquit intactũ. Et conſil. 133. num. 5. & ſequentib. quod eſt verum etiã ſi maior ratio ſit in vno quam in alio, Decius conſ. 458. placet mihi in princip. Franciſcus Bæce. conſ. 14. num. 14. & conſil. 94. num. 30. & ſequentib. vbi alios refert, ſed Pontifex in noſtro Iobeleo loquitur per verba generalia, ibi: etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, igitur etiam ſi maior ratio in aliquibus quam in omnibus verſetur, facultas abſoluendi in omnibus conceditur.

Vnde infero intellectum & interpretationem ad text. difficilem in extrauaganti & ſi Dominici 1. & 2. de pœnitentiis & remiſſ. in quorum iurium ſpetiæ aperte dicitur quod in generali conceſsione caſuum reſeruatorum non intelliguntur caſus Bullæ Cœnæ, ex quo omnino corruere videtur doctrina proxime relata, & ſic videtur id etiam intelligi in noſtro Iobeleo, Sed ſi attente & recto iuditio conſideretur dict. extra- 7

uagantes ad noſtrum Iobeleum non extendi fateri neceſſe eſt, quia Paulus & Sixtus in dictis extrauagantibus ſolum fuerunt loquti de cōceſsionibus a ſe factis, & impoſterum faciendis, vt verba ipſarum manifeſtè oſtendunt, & in ijs non comprehendi caſus Bullę Cœnæ etiam nos fatemur, ita Angel. verbo Excommunicatio.5. caſu 31. clarius & fuſius Silueſter verbo excōmunicatio 7.num.77. excommunicatione 32. Sot.diſt. 22.quæſt.2.artic.3. circà finē, Nauar.in Manual. cap. 12.num.75.& cap.27.num. 74. & 105. Suar. de cenſur. diſputat.21.ſectio.3.in fine, & diſputat 22. ſectio.5.nu. 28. Cum igitur Iobeleus noſter non fuiſſet conceſſus a dictis Pontificibus, de illo loquutos non fuiſſe certum eſt. Nec obſtabit quod noſter Iobeleus ſimilis eſt Romano vt dictum eſt, & latius gloſ. ſequenti, & quod inter conceſsiones Sixti vna eſt Iobelei Romani, vt conſtat ex extrauaganti Quemadmodum de pœnitentiis & remiſsion. vnde videtur quod etiam in noſtro, caſus Bullæ videantur excepti, quia reſpond. Sixtum IIII. in dict. extrauaganti Quemadmodum ſolum loqutum fuiſſe de tempore quo Iobeleus Romanus lucrari deberet, non vero de gratijs & priuilegiis in ipſo cōtentis, & quamuis locutus fuiſſet de illis generaliter non extenderetur ad noſtrum, tum propter rationes ſupra poſitas, tum etiam quia noſtrum priuilegium eſt velut lex priuata in facto conſiſtens, & ita non poteſt tolli per ſecundum, niſi de illo expreſſam mentionem faciat cap.1. de reſcript. vbi notant DD. cap. cæterum eodem tit. Fredericus de Senis conſil. 233. in principio. num.2. verſic. & primo quod non ſit; vbi mouetur ex

vero

vero ſimili mente piæ cauſæ Caldcrin. conſ. 526. aliâs 11. de priuilegijs Paulus Caſtrenſ. conſil. 3. additione lib. 1. maxime num. 5. Zauarela conſil. 52. num. 6. Sit igitur conſequens etiam virtute noſtri Iobelei pœnitentes abſolui poſſe a reſeruatis in Bulla Cœnæ, nec aliud præſumendum eſt, nec tales reſeruaſſe Pontifices illis qui deuotionis cauſa de diuerſis mundi partibus dimiſsis parentibus, amicis, liberis, patria, ac aliis temporalibus bonis, per mare, terramque continue confluunt in numero copioſo (verba ſunt Alexandri in noſtra Bulla) quod idem & in Romano intelligo.

Ex quibus deduci videtur, quod etiam in crimine hęreſis poteſt quis abſolui virtute Iobelei noſtri, nam ſi in caſibus Bullæ Cœnę abſolutio ei conceditur vt reſolutum eſt, cum crimen hæreſis inter illos contineatur exceptionem de illo fieri ratio permitti non poſtulat. Contraria tamen ſentētia proculdubio tenenda eſt hodie, & propter communem omnium ſententiam quæ habet, quod ſi in ſimilibus Iobeleis expreſſa mentio nō ſit de hæreſi, facultas abſoluendi ab illa nunquam compręhenditur, ita Nauar. in Manual. cap. 27. num. 275. Couuarr. rub. in cap. Alma mater 1. part. §. 11. num. 15. Simanc de Catholic. inſtitution. tit. 3. num. 1. & 2. & in Inchiridione cap. 15. num. 4. Rojas de hæreticis aſſertio. 39. num. 321. & de priuilegiis Inquiſitorum num. 416. Guttierr. Canonicarum quæſtionum lib. 1. cap. 13. num. 26. Vgolinus de cenſuris tabu. 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Angles in Floribus Theologicarum quęſt. de Confeſſ. artic. de caſibus reſeruatis difficultatē 6. Arag. 2. 2. quæſt. 11. Coſmas Filiar, de officio Sacerdotis 1. parte

lib. 3.

lib.3.cap.27.& 2.part.lib.2. cap.25.& in additione poſita in fine 2.tom, Candelabrum aureum tit. de abſolutione num.16. & in explicatione Bullæ Cœnæ num. 134. Graphis lib.1. deciſionum cap.13. num. 33. & lib. 4. capit.15.num.25. Emanuel. Rodrig. in explicatione Bullę Cruciatæ §.9.num.70. Henrriq.in ſum.lib.3.ca. 16.§.2. & lib.7. cap.13.§.1.& lib.13. §.5.cap. 27. Suar. 5.tom.diſputatio.7. ſect.5.num.12.alios refert,& ſequitur Gartia de benef.11.parte cap.10. num.109. quicquid alij in contrarium ſentiant: tum etiam quia teſte Rojas ſupra, hoc hodie declaratum eſt plenius per motu prop. Pij V. datum anno 1572. & patet prædicta communis ſententia ex breui Gregorij XIII. quod adducit Eman.Rodrig in additionibus ad explicationem Bullæ §. 9. num 66. Ex quo in Bulla Cruciatæ expreſſæ excipitur hæreſis quãuis non ſit excepta in latino ſummario refert etiam Arag. ſupra Fuſcus de viſitatione lib. 2. cap.31.num.5.& cap.23. num.4. & audiuiſſe a Religioſo docto & fidedigno ſic declaraſſe.Clem.VIII. dicit P. Azor Inſtitution.moralium part.1.lib.8. cap. 19. quæſt.3. & cap.10. quæſt.10. ita cenſuiſſe. SC. aſſerit pater Suar.tom.4.diſputation 30.ſect.2 num.11. & ita in ſupremo prætorio ſanctę & Generalis Romanę Inquiſitionis ſępe pronuntiatum eſt,nec poſſe, nec debere Epiſcopos amplius virtute Trident.ſeſſ 24. cap.6. de reformatione abſoluere occultos hæreticos in foro conſcientiæ,ſiue quod per proceſſum Bullæ in Cæna Domini ſit Concilio derogatum, ſiue quod dicti Pontifices & alij ita expreſſe declararunt, optime Directorium 3.parte Commentar.141.Nec mirum quod iſte ca-

ſus

ſus ab alijs declaratis in Bulla Cœnæ excipiatur cum inter omnes ſit enormiſsimus, & principaliter contra fidem tendat & religionem, quam a Chriſto Domino accepimus, *longè* diuerſus a cæteris dictæ Bullæ.

Hæc tamen omnia in hæretico occulto per accidens; 9 qui cum excommunicatus ſit prius abſolui debet ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ab iſta excommunicatione, & ita cum ſpecialiter eis ſit reſeruata, nec etiam Epiſcopi virtute Tridentini poſſunt tales abſoluere in foro conſcientiæ. Maior tamen difficultas eſt in hæretico omnino occulto, ideſt, per ſe, an talis virtute noſtri Iobelei poſsit abſolui? & videtur quod ſic; nam Theologi communiter tenent hæreticos omnino occultos non eſſe excommunicatos, ſentit D. Thom. 1. 2. quæſt. 91. artic. 4. clarius id affirmat Caietanus 2. 2. quæſt. 11. art. 3 & iſtam ſententiam teſtatur eſſe communem Paludan. in 4. ſententiarum, diſtinct. 13. D. Antoninus in ſuma. 3. part. tit. 24. cap. 4. Angel. de Clauas in ſumma verbo Hæreticus num. 2. Silueſt. verbo Excommunicatio 7. num. 3. & 4. Armilla aurea verbo Hæreſes in princip. & num. 19. Caſtro de lege pœnali lib. 2. capit. final. & debita hæreticorum punitione lib. 2. cap. 12. vbi etiam dicit communem Iacob Almain. in 4. ſententiarum diſtinct. 17. art. 1. Simanc. de Catholic. inſtitution. cap. 42. num. 3. Quorum potiſsimum fundamentum eſt quod Eccleſia non iudicat de occultis, ſed de manifeſtis, cap. ſicut tuis in fin. cap. tuo nos de Simon. ibi nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare, cap. a nobis, 2. de ſententia excommunicationis, cap. erubeſcant 32. diſtinct. quia cogitationis pœnam ne-

mo mœretur, l.cogitationis ff.de pœnis,cap. cogitatio nis, de pœnitētia diſtinct.1. occulta enim & incognita illi ſunt reſeruata, qui ſolus nouit corda hominum, cap.ſi quando 15.quęſt.6. cap. conſuluiſti 2. quęſt. 5. & Eccleſia non ſcandalizatur ex voluntate,quæ non procedit ad actum exteriorem,cap.Deus quando 24.quęſt. 3. cap. Archidiaconus 85. diſtinct. Vnde gloſ. verbo tuo nomine, in cap.cum quis de ſentent.excōmunicat. lib.6.quod habens ratam percuſsionem Clerici in corde tantum non incidit in excommunicationem quoad Eccleſiam, etiam ſi eius amicus vel ſeruus Clericum percuſsiſſet Hoſtienſ. in cap.mulieres de ſententia excommunication,cuius gloſſæ opinionem ſequitur Silueſter dicto verbo Excommunicatio.7. num.4. in fin. Albertin.de agnoſcend.aſſertio.quæſt.33.num.7.

Contrariam vero ſententiam quinimo quod hæreticus omnino occultus ſit excōmunicatus tenuit gloſ. ſingularis verbo eo ipſo inClement.1.§. verum de hæreticis,quam ſequitur ibi Cardinal.Ancharranus,Ioannes de Immola, & eam affirmat eſſe ſingularem Abb. in prohemio decretal. num.6.& in cap.ſtirpande§.quia vero,num.21. de præbendis Felinus in cap. fin. de hæretic.& in cap.ſi vero 1.de ſententia excommunicationis, Nauarr. de pœnitentia diſtinct.5. pag.7. num. 22. Hippolitus in l.qui falſam, num.13. ff. de falſis gloſ. in ſuma 24. quæſt.1. gloſ. in cap.cogitationis de pœnitent.diſtinct.1. idem Cardin. in Clement.Vnica §. verum, num.7. de vſuris Abbas. & Ioann. de Anania & Felin.in cap.fin.de hæretic. idem Felinus in cap.1. nu. 7.de præſumption. Hanc fatetur eſſe communem opi nionem

nionem refutando opinionem Caietani, & aliorum theologorum Albertin. de agnoſcendis aſſertionibus quæſt. 33. num. 27. 29. & 32. idem tenet Adrianus, qui in vtroque iure fuit peritus quodlibet 8. littera G. pro qua opinione eſt caſus in cap. nouerint de ſententia excommunicationis, & in cap. excommunicamus 1. de hæretic. & in dict. Clement. 1. § verum, ibi excommunicationis ſententiam eo ipſo hæretici incurrant, in pœnis autem quæ ipſo iure contrahuntur hominis miniſterio opus non eſt, Ioann. Andr. in cap. 1. in fin. de homicid. lib. 6. & in cap. commiſſa de electione eodem lib. plene Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, num. 240. C. de reuocandis donation. nam ſicut voluntate quis incidit in hæreſim cap. excommunicamus 1. §. credentes de hæreticis, cap. quicumque eodem tit. lib. 6. gloſ. verbo eo ipſo in Clementi. 1. de hæreticis gloſſ. in cap. cogitationis de pœnitentia diſtinct. 1. ita eadem ratione eo ipſo quod ſola voluntate aſſentit erroribus hæreticis incidit in excommunicationem, maxime quia excommunicatio ſecum trahit paratam executionem, & hæreſi coeret ſicut lepra leproſo, & homini vmbra, cap. Paſtoral. de appell. dict. Clement. 1. in fin. de hæreticis, ibi: eo ipſo excommunicationis ſententiam, l. alienatio ff. de contrahenda emptione, cap. ex litteris de pignorib. quia qualitas illa excommunicationis non poteſt a ſuo ſubiecto ſeparari, argument. text. in l. 4. §. fin. ff. de actionib. empti, l. fin. ff. de collatione bonorum.

In iſta contrarietate Rojas de hæretic. 1. part. a num. 250. tenet iuriſperitorum opinionem, & reſpondit 10

Theolo

theologorum fundamentis, minus bene tamen vt exiſtimo, & quicũque facile poterit videre ſi attente conſideret, ego tamen vt in re difficili meam interponam ſententiã priori theologorũ magis acquieſco cum potioribus fundamentis nitatur: Nec contrariũ probant text. in cap. nouerit de ſententia excõmunicat. cap. excommunicamus de hæretic. Clementi. 1. §. verum eod. tit. quos perperam allegauit Rojas, quia in illis iuribus etiamſi excommunicationem incurrant hæretici, nullum verbum fit, nec inuenitur de hęretico omnino occulto, in quo diſpar ratio militat vt dictum eſt, nec cõtra illum excommunicatio incurritur ipſo iure, nec de hoc aliqua inuenitur deciſio quæ id exprimat, nec ſequitur ex quo ſola voluntate quis contrahat, & cõmitat mentalem hęreſim qui incidat in excommunicationẽ, vt ipſe conatur, & ita pro conſtanti teneo theologorũ opinionem adhærendo vt bona venia loquar noſtratũ, quod cum hæreticus omnino occultus non ſubiaceat iudicio Eccleſiæ, nec etiam Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, & non incurrat excommunicationem, quod virtute noſtri Iobelei poteſt abſolui. Hæreticum autem omnino occultum (appello) quando hæreſis ſolo animo conſiſtit, & non ſubeſt cognitioni ſenſitiuæ, & nullo verbo opere vel ſigno prodit exterius. Vnde intelliges non eſſe proprie hæreticum qui mente hęreſim tantummodo concipit, nec illum qui inde liberate incidit in hæreſim, nec qui etiam cum de liberatione cadat non habet pertinaciam per ignorantiam peccando, quos omnes abſolui poſſe tenet Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ §. 9. num. 1. & non comprehendi in

Bulla

Bulla Cœnæ per quam abſolutio hæreticorum reſeruata eſt Papæ, & hanc noſtram ſententiam quod hæreticus omnino occultus non ſit excommunicatus, nec ſubiaceat iuditio Eccleſiæ tenent expreſſe Couu. rub. in reg. peccatum 2. parte in princip. num. 7. Gutierr. Canonicarum, quæſt. lib. 1. cap. 13. a nu. 1. cum ſequent. & ita talis poterit abſolui virtute noſtri Iobelei, idem probabile exiſtimo in ſciſmaticis, fautoribus, & receptoribus Hæreticorum. Minime tamen per abſolutionem a cenſur. iuxta interpretationem noſtri Iobelei quis cenſetur abſolutus in foro exteriori, quia facultas illius ſolum eſt conceſſa in ordine ad ſacramentalem confeſsionem, & ſic ſolum in foro conſcientiæ, & hæc doctrina communis eſt, & intelligi poteſt ex Couu. rub. lib. 2. variarum, cap. 10. num. 3. & in cap. Alma mater 1. part. §. 11. num. 56. Nauarr. in Manual. cap. 37. nu. 278. Gutierr. Canonicarum quæſtionum lib. 1. cap. 2. Ledeſm. 2. part. quarti quæſt. 26. art. vlt. circa finem, Quando vero talis abſolutio cenſeatur data in foro exteriori, & quomodo hoc intelligatur, & cui fides ſit adhibenda de tali abſolutione, conſule Suar. de cenſur. diſputat. 7. ſect. 5. a num. 21. & in ſequentib. alia dubia circa abſolutionem virtute Iobelei. 11

Dubium tamen eſt, an cum Pontifex concedit generali clauſula cenſuras ſibi reſeruatas, cenſendus ſit concedere etiam cenſuras quas inferiores Epiſcopi ſpecialiter ſibi reſeruant? & videtur quod non, tum quia illa reſeruatio diſtincta eſt: tum etiam quia Pontifex id quod ad ſe pertiret ſpecialiter concedens, non videtur in aliquo velle derogare proprio iuri Epiſcopo- 12

porũ, ſicut quando Pontifex fert legem generalẽ non intelligitur derogare proprijs cõſuetudinibus, vel ſtatutis particularium prouintiarum cap. 1. de cõſtitutionibus, in 6. vbi notant DD. & iſtam ſententiam fauet Nauar. in cap. ita quorumdam de Iudæis nota. 11. num. 71 & in Manual. lat. cap. 27. num. 261. quatenus inquit cum Hoſtienſ. ſi in idem peccatum concurrant ſimul reſeruatio Papæ, & Epiſcopi, ablata reſeruatione Pontificia non intelligi ablatam Epiſcopalem, de rigore iuris, nam concurrentibus duobus impedimentis vno ſublato non intelligitur alterum auferri, cap. ex tuarũ de authoritate & vſu palij, idemque ſentit in prædicta dubitatione Iacobus de Graphis lib. 4. cap. 15. num. 28. ſtando in rigore iuris, additque decretum Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 18. de reformatione, vbi ſtatuit, vt Eccleſiæ canones indiſtincte ſeruentur, ex quibus vnus eſt vt Epiſcopi poſsint ſuos caſus reſeruare. Contrarium tamen proculdubio tenendum eſt, tum quia vſu receptum apparet, vt per noſtram clauſulã quæ in pluribus Iobeleis apponi ſolet hæc poteſtas conceſſa intelligatur, & ita affirmant DD. proxime citati, quæ conſuetudo eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione ff. de legib. Vnde cum ipſi Epiſcopi hunc vſum videant, & non reclament, ſignum eſt eos intelligere in prædicto ſenſu Pontificis conceſsionẽ. Deinde quia in Iobeleis eſt ſpecialis ratio, quam cõſiderauit Vgolinus tabu. 1. cap. 13. § 4. nu. 10. quia ſcilicet finis talis cõceſsionis eſt vt pœnitens poſsit diſponi ad lucrandã indulgentiam media abſolutione, ſed ad iſtum effectum neceſſarium eſt omnem reſeruationem tolli, tam Pon-

tificis

tificis quam Epiſcoporum, igitur vt conceſsio ſit adæquata intentioni concedentis extendenda eſt ad cenſuras etiam Epiſcopo reſeruatas. Vlterius quia dictio, etiã, de qua in verbis noſtræ gloſſæ implicatiua eſt, & dicit caſum magis dubitabilem, vt diximus in principio huius gloſſæ, vnde per argumentum a fortiori, ſi Papa concedit facultatem abſoluendi a caſibus ſibi reſeruatis, a fortiori eam concedit abſoluendi ab Epiſcopo reſeruatis, argumento textus in authentica multo magis C. de ſacroſanct. cap. cum in cunctis de electione vbi notant DD. Nec obſtat quod Epiſcopus poteſt de iure, ſibi reſeruare caſus, quia hoc intelligitur quo ad inferiores Confeſſarios non tamen quoad Pontificem, qui habet ſupræmam poteſtatem, & hanc opinionem tenent DD. pro contraria adducti, fundati in conſuetudine & vſu frequenti, in terminis que Pater Suar. de cenſuris diſput. 7. ſectio. 5 a num 13.

Nec minor dubitatio inſurgit, an ſi quis Sacerdoti 13 confiteatur omnia peccata ſua, per obliuionem tamen ommiſſerit aliquod, cuius abſolutio de per ſe vel ratione excommunicationis ſit reſeruata, an cenſeatur per abſolutionem generalem a peccatis & cenſuris, a peccato illo quod per obliuionem omiſerat abſolutus licet poſtea cum in memoriã redierit teneatur confiteri, & quicũque ſimplex Sacerdos habens tamen poteſtatẽ audiendi cõfeſsiones poſsit abſoluere ab illo ſeu illis ſine reſeruatione aliqua? In quo breuiter teneas quod optime poteſt abſolui, ita Angel. verbo confeſsio. 1. quæſt. 12. Silueſt. verbo confeſsio. 1. quæſtio. 19. hanc ſententiam tribuentes Paludano in 4. ſententiarũ

licet locum non aſsignent, idem tenet Gab. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. Adrian. de confeſſ. quæſt. 4. §. ſi petas verſi. ex hoc ſequitur. Nauarr. in cap. conſideret §. cautus nu. 30. de pœnitentia diſtinct. 5. & in Manual. cap. 26. nu. 13. Coua. rub. in cap. Alma mater 1. part. §. 11. num. 12. Suar. vbi ſup. a num. 16. quem vide; quod maxime intelligas ſi pœnitens habuit intentionem confitendi omnia reſeruata, & Sacerdos abſoluendi ab illis, ita Cou. rub. vbi proxime. Marius Alterius de cenſur. diſputat. 3. de abſolutione excommunicationis, lib. 4. cap. 4. hæc tamen intelligo quando confeſsio fuit valida, ſi tamē fuiſſet irrita, vel quia pœnitens aliquod peccatum, non deteget, vel alia de cauſa, reſeruatio adhuc manet in ſuo robore Emanuel Rodri. in ſuma cap. 265. nu. 13.

14 Quid autem ſi aliquis committat peccata reſeruata ex confidentia huius Iobelei quæ alias non committeret, niſi virtute illius de abſolutione confideret, non eſt facilis reſolutio, cum diuerſi diuerſa ſentiant. Pro cuius parte negatiua facit in ſuo argumento text. in l. 1. §. hæc autem actio, ibi: qui hac ſpe audatior factus eſt, & ibi ſpe imminentis libertatis ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus, & in cap. 1. de Cōſecratio. diſtinct. 4. ibi: multos noui qui hoc paſsi ſunt, qui ſpe baptiſmatis multa peccabant. cap. illud §. licet de Clerico excommunicato miniſtrante, ibi: illud autem quod ſub ſpe veniæ, Ex quibus & alijs aperte probatur ſpe veniæ aut indulgentiarum peccantem earum virtute non abſolui. Secundo probatur hæc pars ex text. in cap. fin. de immunitate Eccleſiarum, quo cauetur immunitatem Eccleſiæ non prodeſſe illis qui ſub confidentia gaudendi eadem,

ctem delinquit, idē tenet l.4.tit. 11.pag.1. docet Remig. de immunitate Eccleſiarum limitatione 10. Cou-rub. lib. 2. Variarum cap.20.num. 15. Bouadill.lib.2. cap.14.num.26. Iul.Clar. lib.5. ſententiarū §. fin.quæſt. 30.num.15. Azebed.lib.1. tit.2.lib.3.ex num. 24. latiſſime Guttierr.lib.3.Practicarum,cap.1. a princip.Menoch de præſumpt.lib.5. præſumption. 10.nouiſsime Farinatius de immunitate Eccleſiarum,cap.14.& 16.vbi late de hoc diſputat. Tertio hoc etiam probatur argumento eorum que traddit Tridentin.ſeſſ.24. de reformatione matrimonij cap. 5. vbi ſtatuitur quod qui delinquit cum conſanguinea ſpe matrimonij difficilius optinet priuilegium & diſpenſationem,& illa non gaudet,niſi id exprimat Potitifici. Quibus & alijs hanc partem tenet Cou. rub. lib. 2. Variarum, cap.20. num. 15. verſic.26. Menoohius de præſumpt vbi ſupra nu 6. Corduba tractatu caſuum conſcientiæ quæſt.22.verſic. *Con tal condicion que no aya cometido*, Nauarr. in §. in Leuitico notabili 31. num.7. Ludouicus Lopez in Inſtructorio Conſcientiæ 1.part. cap.27. Baldes in tracta. Eleemoſinæ, 1. part.fol.10. colum.4. DD. citati in 2.argument. Quibus adſtipulantur pulchra Lactantij Firmiani verba lib.6. Diuinarum inſtitutionum cap.13. quæ poſt alios refert Cou. Rub. & Bouadilla ſup. ipſe namque cum de eleemoſina elargienda diſſeruiſſet ita inquit, Nec tamen quia peccata largitione tolluntur dare tibi licentiam peccā ſi putes, aboleutur enim ſi Deo largiare quia peccaueras: nam ſi fiducia largiendi pecces nō abolentur,quæ verba eleganter declarat D.Thomas 2. 2. quæſt.21. art.2. ad 3.vbi Caietan.

Contraria tamen ſententia ſcilicet poſſe quem abſolui, a reſeruatis ex confidentia indulgentiæ commiſſis probatur primo quia in ſimilibus gratijs, & Iobeleis, prout in noſtro indeterminate, indiſtincte, & generaliter conceditur facultas abſoluendi a peccatis, igitur nihil refert an ex confidentia, vel ſine fiducia illius ſimilia peccata comittantur, ex regula cap. ſoliti, verſiculo, nobis autem de maioritate & obedientia, cap. ſi, Euangelica 50. diſtinct. l. de pretio. ff. de publitiana in rem actione l. 1. §. generaliter ff. de legat. præſtand. Secundo facit authoritas Nauar. ſibi contrarij lib. 5. Conſiliorum titulo de priuilegijs, Conſi. 10. num. 3 & in §. in Leuitico, notabili 34 num. 6. aſſerens quod qui peccat nulla ſpe veniæ concepta propinquior eſt maiori malitiæ & ita peior eo, quinimo circumſtantia illa ſpei promœrendi veniam videtur aliqua ex parte temperare malitiam peccantis, igitur idem dicendum eſt in peccante ſpe indulgentiæ conſequendæ. Tertio quia omnes fere Catholici committimus multa peccata ſpe veniæ obtinendæ per pœnitentię ſacramentum, quæ non committeremus ſi nullum crederemus nobis expectari remedium, & ideo Caietanus 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 3. inquit eſſe vulgarem errorem peccantē ſub prætextu confeſsionis, & pœnitentiæ eius facere. Quibus & alijs hanc ſententiam tenet Anton. Corduu. ſibi contrarius lib. 5. de Indulgentijs quæſt. 34. in fine, & quæſt. 37. oppoſitione 3. Ludouicus Lop. 1. part. Inſtructor. conſcientiæ cap. 285. verſi. ſecundo, dicit Henriq. lib. 7. cap. 9. num. 4. verſic. & peccata quæ fecit, & ibi additio marginal. littera N. Emanuel. Rodrig.

drig. in explicatione Bullæ §. 9. num. 99. Anaſtaſius Germonius, lib. 3. de ſacra immunit. cap. 16. num. 88. Villal. in Candelabro Eccleſiæ 1 part. tit. de Confeſſ. num. 42. Iacob. de Graph. lib. 1. cap. 11. num. 59 Rutilius Denſonius de anno ſancti Iobelei, lib. 5. cap. 11. dub. 24. Ludouicus Beja in reſponſione caſuum conſcientiæ 2. part caſu 2. ex tribus propoſitis die 23 Nouembr. vbi diſputat pro vtraque parte, & hanc vt veriorem exiſtimat ſatisfaciendo contrarijs. Bega in ſpeculo Curatorum, cap. 11. num. 274. Ledeſm. in ſuma 1. parte de ſacramento pœnitentię cap. 13. verſic. *La decima duda*, Nauarr. vbi ſupra Zened. in quæſtionibus Canonicis, quæſt. 25. num 4.

In iſta contrarietate aliqui componunt iſtas duas opiniones, vt prima procedat quando indulgentia eſt cauſa poſitiua peccandi; id eſt quando moueat ipſius indulgentiæ conceſsio ad peccandum, Secunda quando ſcilicet indulgẽtia nõ fuerit cauſa poſitiua, & principalis, quæ moueat ad peccatum perpetrandum; ſed tantum facilitauit, quam diſtinctionem amplecti videtur Paz, in praxi tom. 1. 5. part cap. 1. §. 3. nu. 95. verſi. quod intellige. Rodrig. tom. 1. quæſtionũ regularium, quæſt. 20. artic. 16. Ledeſma de ſacramento pœnitentiæ cap. 13. verſ. *La decima duda*, Ludouicus Lopez Inſtructorio conſcientiæ 1. parte cap. 256. verſic quam ego ſententiam. Hæc tamen diſtinctio minime placet, tum quia difficile eſſet cognoſcere an indulgentia ſit cauſa poſitiua peccandi, vel facilitauerit? tum quia quamuis fateamur grauius peccare qui priuilegij confidentia peccat, non ſequitur ex hoc denegandam eſſe, abſolutio-

nem,

nem, ratio enim euenit vt ex malitia non peccemus. Quare magis adhæreo ſecundæ ſententiæ quæ plurimorum & doctiſsimorũ virorum calculo eſt recepta, apud quos inuenies reſponſiones ad contraria fundamenta, illam tamen limita quando in ipſis indulgentijs contrarium exprimitur, tenet Martinus Ledeſma in ſecundam quarti quæſt. 29. art. 1. Ludouic. Beja in ſpeculo Curatorum cap. 11. num. 274. verſ. *Verdad es*, Ludouicus Lopez in Inſtructorio 1. part. cap. 285. verſic. niſi in Bullis vel indulgentijs, Iacob. de Graphis, & Nauarr. vbi ſupra, & ita Silueſter verbo indulgentia num. 18. ex doctrina Archidiaconi in forma abſolutionis docet ſolere addi clauſulam illam (preterea quę ex confidentia huius indulti commiſsi, &c.

His accedit an virtute noſtri Iobelei vota commutari poſsint? & ſi fidem adhibeamus gloſſatori in extrauaganti Antiquorum gloſ. magna prope fin. affirmatiue reſpondendum eſt, cum & in Iobeleo Romano vt ipſe teſtatur, Pontifex viue vocis oraculo id reſpondiſſet, præter quam in voto Hieroſolimitano, & ingreſſu religionis, & ſumpto argumento de Romano ad noſtrum eodem modo philoſophandum videbatur, pro qua opinione adduci poteſt, Iacob. de Graph. lib. 4. caſuum conſcientiæ, cap. 15. num. 29. qui affirmat Iobeleum pręter indulgentiam continere poteſtatem commutandi vota, & abſoluendi a cenſur. & caſibus reſeruatis, ſed quicquid gloſſator dicat & reſpondiſſet Pontifex in Iobeleo Romano in noſtro non audeo affirmare, cum verba noſtræ Bullæ id non indicent, nec ex extrauagantibus Antiquorũ, & Vnigenitus de pœnitentijs,

ctiis id colligatur, & cum verba Iobelei & indulgentiæ tantum valeant quantum ſonent, ad aliquid amplius, quam in noſtra Bulla continetur Iobeleum extendere, nec eſt rationi, nec iuri conſentaneum, & ita merito Iacob. de Graphis refutat Suar. de cenſur. diſputatio. 7. ſect. 5. num. 9. Vnde facultas abſoluendi ab omnibus caſibus non comprehendit commutationem voti, tenet Saa, in Aphoriſmis verbo abſolutio num. 19. Et eademratione idem dicendum eſt de irregularitate, Quod extende etiam ſi in Bulla diceretur quod poſsit abſoluere a quibuſcũque cenſuris, & pęnis, quia irregularitas non eſt cenſura cap. quærenti de verborum ſignificat. tenet, Nauarr. cap. 27. num. 192. nec eſt pœna Nauar. vbi proximę nu. 249. Sot. lib. 5. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 4 colum. 5. Suar. de cenſur. diſputat. 40. ſect. 3. num. 3. Eſt enim irregularitas impedimentum tantum canonicum, quo quis prohibetur ordinis ſacramentũ ſuſcipere, & in ſuſcepto miniſtrare; vt communiter omnes Sumiſtæ verbo Irregularitas, & de ea diſputantes tenẽt, & licet Guttierrez Canonicarũ quęſtionũ. lib. 1. cap. 3. controuertat vtrum virtute Bullæ Cruciatæ abſolui quis poſsit ab irregularitate? & teneat id optime fieri poſſe quando irregularitas eſt effectus cenſurę, hoc intelligit in foro pœnitentiali, in quo facultas datur Sacerdoti abſoluendi tam a peccatis, quam a cenſuris, ſecus vero inquit in foro exteriori, niſi in Bulla ſiue Iobeleo exprimatur.

## GLOSSAE DECIMAEQVINTAE Summarium.

*Iobeleus diui Iacobi habet eaſdem prærogatiuas quas Romanus, num.* 1.

*Dictio, ad inſtar, quid importet quo ad Iobeleum diui Iacobi?* 2.

# GLOS. DECIMA QVINTA.

Omnes & ſingulas prædictas indulgentias, & Iobeleum ipſius, eodem modo, & forma quo Romana Eccleſia habet.

1 IN his duabus clauſulis apparet manifeſte Iobeleum noſtrum eaſdem prerogatiuas, gratias, & indulgẽtias habere quas Romanus, cum verba illa Omnes, & ſingulas, operetur vt omnia ſimul veniant in diſpoſitione, & etiam quod omnia ſingulariter cenſeantur comprehenſa; Bald. conſ. 461. inter Ioannem & Aloiſium, num. 6. verſic. omnia & ſingula lib. 1. Decius

tius conſil. 572. num. 6. Tiberius Decianus conſil. 64. num.39.lib.2. Oldraldus conſil.300. factum tale, Curtius Iunior conſil.74. num.3. & talia verba important ſpecificationem ſpecialem, etiamſi per relationem fiat, Roland.a Valle conſil.1. num.71.lib.1. ſunt enim geminata verba, omnia & ſingula, ideo que enixam voluntatem important, cap. vt circa de electione in 6. Alexand.conſil.216. nec arguendi num. 27. verſic.7. in fin. lib. 2. vbi ex eis exprimuntur omnes qualitates. Vnde cum Pontifex dicat omnes & ſingulas prædictas indulgentias, idem vult quod ſi Bulla Iobelei Romani eſſet inſerta in noſtra, tradunt DD. in l.1.ff. delegat.1. maxime Ripa, num.15. Mandoſius tract.de priuilegijs ad inſtar,ſiue de communicatione Priuilegiorum, quæſt. 2. num.13, & quæſt.4. num. 1. vbi refert ita conſuluiſſe Oldraldum vbi ſupra poſt num.8. Bertrandus conſil. 149. illud generale, num.2. lib.1. in antiquis, Pariſius conſil.22. mandatum num.5.lib.4. facit regu. l.a ſe toto ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi ita ſcripſero ff.de conditio. & demonſtrat. quod magis indicant illa verba, eodem modo & forma quo Eccleſia Romana habet; eſt enim noſtrum Iobeleum ad inſtar Romani,& talis conceſsio non minus operatur quam ſi priuilegiato omnia, & ſingula alterius priuilegia ſigillatim & ſpecifice cõceſſa, illaque in conceſsione ſeparatim narrata fuiſſent, cum relatum dicatur eſſe in referente, l. a ſe toto ff. de hæredib. inſtituendis, l.ſi ita ſcripſero ff.de conditionib. & demonſt. cum ibi notatis, & ita conſuluit Stephanus Bertrandus conſi.149.illud eſt generale, num. 2. volum.1. in antiquis Cardin. Pariſius conſil. 22.

mandatum, num. 5. lib. 4. & ante eos Oldraldus dict. conſil. 300. num. 8. verſicu. præſertim in caſu noſtro Mandoſius de Priuilegijs ad inſtar, quæſt. 4. num. 1. cum ſequentib. Nec diſputo quid ſignificet dictio illa, ad inſtar, de qua diuerſi mode ſe habent noſtrates: nã quidam volunt ſignificare idem quoad ſimilitudinem, alij ad qualitatem, alij vtramque habere ſignificationem, vel etiam plures, vt latè expendit Horatius mandoſius ſupra quæſt. 1. Ommiſsis tamen diuerſis vſibus illius vocis, exiſtimo in præſenti materia idem eſſe priuilegiũ ad inſtar alterius, quod eſſe ad imitationem alterius, ſeu reſpicere illud tanquam exemplar ad cuius immitationem fit, l. ad ſimilitudinem. C. de aduocatis diuerſorũ iudicum, & in ſpecie noſtra l. omnia 34. C. de Epiſcopis & Cleric. vbi communiter ſcribentes de iſta materia, & ex communi modo concipiendi omnium ſatis conſtat. Quia vero hæc immitatio exemplaris interdũ eſt propria, interdum metaphorica, aliquando adæquata, aliquando deficiens, dicendum eſt per illud inſtar, ſignificari propriam & adæquatam limitationem, ita vt menſuratum adæquetur menſuræ, & nec ſuperet illam nec ab illa deficiat, & probatur quia ſi non eſſet propria immitatio, non eſſet vniuoca, ſed analoga, vel æquiuoca conceſsio, & ſi non eſſet adæquata eſſet incerta & ambigua, & ita in vtroque modo eſſet inutilis vel ambigua conceſsio. Priuilegium igitur ad inſtar concedit omnem fauorem, & gratiam formaliter concontentam in ſuo exemplari, & in eodẽ ſenſu in quo exemplari continetur, & cum eadem extenſione, vel reſtrictione, & non maiori, nec minori, quia hoc totum ſpectat

ctat ad propriam, & adæquatã immitationem, eſt que neceſſarium vt priuilegium ſit vtile, & certum, ita ſentit clare Nauar. de anno Iobelei not. 26. num. 2. cum Baldo in dict. l. omnia, idem affirmat & locupletat varijs exemplis Mandoſius dict. quæſt. 4. quem poteris videre in dict. tract, circa varia dubia de priuilegijs ad inſtar, & prærogatiuas iſtius dictionis. Hæc tamen nobis ſufficiant pro explicatione verborum noſtræ gloſſæ quæ idem important quod dictio ad inſtar, & ita noſter Iobeleus quo ad omnia ſimilis eſt Romano: vnde de illo ad iſtum philoſophare licet, non ſolum in anno quo feſtum D. Iacobi venerit in Dominica, ſed etiam in feſtiuitate eiuſdem Apoſtoli, tranſlatione corporis ſui, quæ celebratur annis ſingulis 30. Decembris, & in dedicatione Eccleſiæ, cuius feſtum fit feria 5. poſt Dominicam ſecundam Paſchę reſurrectionis.

## GLOSSAE DECIMAE SEXTAE Summarium.

*Clauſula authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, quid importent remiſsiue? num. 1.*

# GLOS. DECIMA SEXTA.

Authoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia approbamus.

1 ALiqua pro explicatione horum verborũ & ſimilium diximus gloſ. 2. & 3. quę pro nunc ſufficiant, alia vero de proprietate harum clauſularum vide apud Anton. Gabriel. de clauſulis concluſ. 2. nume. 61. Rebuff. ſuper concordatis Franciæ tit. de forma mandati Apoſtolici, Martham de clauſulis clauſula 70. Cardinal. Tuſcum littera C. conclu. 340. cum duabus ſequentib. Et hæc de interpretatione Bullæ Alexandri III. de noſtro Iobeleo, pro nunc ſufficiant ad laudem omnipotentis Dei Dęi paræque Virginis, & B. Iacobi, Vnici Hiſpaniarum Patroni.

* * *

IN-

# INDEX
# RERVM MEMORABILIVMQVE IN TOTO
## iſto opere de Iobeleo D. Iacobi, & de Indulgentijs continetur.

### A.

ABſolutio a cenſuris contenta in Iobeleo intelligitur in foro interiori, non in exteriori, gloſ.14. nu.11.

Abſolutio a cenſuris Papæ reſeruatis contenta in Iobeleo an comprehendat reſeruata a Prælatis inferioribus? gloſ.14. num.12.

Abſolutio a peccatis tempore Iobelei an extendatur ad peccatum reſeruatum per obliuionem omiſſum? gloſ.14. num.13.

Alexander Pontifex author noſtræ Bullæ quis, & qualis inter multos huius nominis, gloſ.1. num.1.

Ani

Animæ Purgatorij non ſunt in ſtatu orandi, aut merendi pro ſe ipſis, nec poſſunt in gratia & charitate creſcere, gloſ.8. num.20.
Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas confeſſiones, an cenſeatur approbatus in alio? gloſ.13. num.5.
Apocalipſ. locus cap.14. ibi, opera enim illorum ſequuntur illos intelligitur, gloſ.8. num.24.
Apoſtoli licet pari conſortio, onere, & poteſtate præditi fuerint, inter omnes tamē D. Petrus ſemper primatum habuit, gloſ.2. num.6.
Annus ſanctus ſeu Iobeleus habent ſe tanquam genus, & ſpecies, Præłud.2. num.10.
Author ſubjicit ea quæ dixerit correctioni, & cenſuræ ſanctæ matris Eccleſiæ, & aliorum, Præfatio, num.10.

B.

BVlla Cruciatæ in illis verbis *Conſigan y ayan pleniſsima indulgencia*, interpretatur, Præłud.2. num.17.
Bulla Iobelei D. Iacobi, ibi: Vere pœnitentibus & confeſsis intelligitur, gloſ.9. num.11.
Bulla Iobelei D. Iacobi dum concedit licentiam eligendi Confeſſarium, ſolum intelligi poteſt de illo qui habet iuriſdictionem in actu, non in habitu, audiendi confeſsiones, ſiue iuriſdictio ſit ordinaria, ſiue delegata, gloſ.13. num.4.

CAlixtus II. Romanæ Eccleſiæ Pontifex, primus Iobelei D. Iacobi conceſsor quis, & qualis fuerit? gloſ.4. num.1.

Caput B. Iacobi Zebedæi exiſtere tumulatum cum corpore probatur, & reſpondetur. contrarium affirmantibus, gloſ.5. num.10.

Caput B. Iacobi minoris fratris Domini eſſe illud quod defertur in Proceſsionibus ſolemnibus Eccleſiæ Compoſtellanæ oſtenditur, gloſ.5. num.11.

Cauſa an neceſſaria ſit ad concedendam Indulgentiam? gloſ.6. num.2.

Cauſa non ſolum iuſta, ſed etiam proportionata an requiratur ad Indulgentiam? & requiri cauſam piam probatur, gloſ.6. num.3.

Cauſa proportionata requiritur in indulgētijs cum limitatione, quæ explicatur. gloſ.6. num.5.

Cauſa ſemper præſumitur in Indulgentijs conceſsis glo.6. num.7.

Cauſa Iobelei D. Iacobi refertur, & Bulla interpretatur quoad hoc, gloſ.6. num.8.

Cauſa proportionata in indulgentijs an debeat eſſe nō ſolum reſpectu ipſius, ſed reſpectu meriti? & quomodo intelligatur? rejiciuntur quę ſententiæ Soti, & Venderini circa hoc loquentium, gloſ.6. num.9.

Caſus ethimon & ſignificatio refertur, & aliqua de caſibus reſeruatis, gloſ.14. num.2.

Caſus nullus fere reſeruatur Pontifici in quo non ſit cenſura annexa, concedendo tamen facultatem abſoluendi a caſu, concedit etiam abſoluendi a cenſura, gloſ.14. num.5.

Ii Con-

Cōfirmatio Alexandri Iobelei diui Iacobi an ſit noua conceſsio? & quod cōfirmatio dupliciter poteſt poſtulari, gloſ. 13. num. 1.
Confirmationis duplex forma inueniri poteſt, gloſ. 3. num. 2.
Confirmatio alicuius priuilegij duplici modo contingere poteſt, gloſ. 3. num. 3.
Confirmatio priuilegij in forma communi nullum ius nouum confert. gloſ. 3. num. 4.
Confirmatio priuilegij ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſsionis, gloſ. 3. num. 5.
Corpus B. Iacobi Zebedæi tumulatum exiſtere in eius Apoſtolica Eccleſia, probatur multis teſtimonijs, gloſ. 5. num. 2.
Corpus B. Iacobi Zebedęi requieſcere Cōpoſtellę probatur ex miraculis quæ operatus fuit remiſsiue, gloſ. 5. num. 3.
Corpus B. Iacobi exiſtere in iſta Eccleſia probatur ex miraculoſa eius inuentione, & quamplurimis priuilegijs id aſſerentibus. gloſ. 5. num. 4.
Corpus B. Iacobi ſepultū eſſe in iſta Apoſtolica Eccleſia conſtat ex antiquiſsima traditione. gloſ. 5. nu 7.
Corpus B. Iacobi Zebedæi ex omnibus mūdi partibus viſitatur in Compoſtellana Eccleſia quod alibi non legitur, gloſ. 5. num. 8.
Confeſsio an neceſſaria ſit ad indulgentię effectū reſoluitur cum diſtinctione, gloſ. 9. num. 8.
Communio ſi requiratur ad lucrandam indulgentiam, & expreſſe non poſtuletur confeſsio, an ipſa reputetur poſtulata? gloſ. 9. num. 10.

Confeſsio paſchalis non ſufficit ad indulgentiam conſequendam quando illa requiritur remiſsiue, & ponuntur qualitates verę confeſsionis, gloſ.9.num.12.
Clauſula Bullæ Alexandri, Vt propterea quæ a Romanis Pontificibus, interpręttatur ab authore, & verba in ſimilibus conceſsionibus, Approbamus, Roboramus, & de nouo concedimus, gloſ.3. num.6.
Clauſula authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia quid importent? gloſ.16. num.1.
Chriſtus Dominus ita ſatisfecit de rigorē iuſtitiæ pro pœna ſicut pro culpa, & quomodo intelligatur? Præſud.2. num.22.
Concedens indulgentiam an poſsit eam lucrare? gloſ. 8. num.29.

D.

DOctores qui diſputant Iobelei materiam & Indulgentiarum, referuntur. Præfatio, num.9.
D. Petrum habuiſſe primatum inter Apoſtolos cōſtat ex ſcriptura, non ſolum ante Aſcenſionem Chriſti, ſed poſt illam, gloſ.1. num.7.
Diſpoſitio ad lucrandam indulgentiam poteſt eſſe duplex habitualis, & actualis & quæ vnaqueque ſit, gloſ.9. num.1.
Diſpoſitio habitualis ad lucrandam indulgentiam requirit ſtatum fidei per quam ſit homo cōiunctus Eccleſiæ tanquam membrum eius, & in quibus verificatur, gloſ.9. num.2.
Dictio (etiam) implicatiua eſt, & ponit caſum magis

dubitabilem, gloſ.14. num.4.
Dictio (ad inſtar) quid importet quo ad Iobeleum, gloſ.15. num.2.

E.

EPiſcopi quomodo Apoſtolis ſucceſſerunt? gloſ.2. num.5.
Epiſcopos omnes eſſe Vicarios Chriſti quomodo intelligatur, gloſ.2. num.12.
Eccleſia non ſolum poteſt remittere pœnæ reatum per indulgentiam poſt confeſsionem, ſed ante gloſ.12. num.6.

F.

FInis duplex in indulgentijs conſideratur, & qualis, gloſ.6. num.1.
Fideles non dicuntur non baptiſati, & ita ante baptiſmum non eſt neceſſaria indulgentia, gloſ.8. num.1.

G.

GRatia quo tempore requiratur ad indulgentiam lucrandam? in quo duo conſideranda tempora, & pro eo in quo indulgentia conſumatur, & applicatur gratiam neceſſariam eſſe omnino tenendum, gloſ.9. num.5.
Gratia an requiratur tempore quo opera ad indulgentiam lucrandam fiunt? duo referuntur opiniones, & ſub-

& ſubſtinetur pars negatiua per ſe loquendo, & ex vi talis operis, gloſ.9. num.6.
Gratia quando expoſtulatur, ſi aliquis propter defectũ illius impeditur conſequi indulgentiam, nec illam obtinebit recedente fictione: & ibi differentia quo ad hoc inter indulgentiam & ſacramenta, gloſ.9. num.7.

## H.

HAbitatores ciuitatis Compoſtellanæ an lucrentur diui Iacobi Iobeleum? controuertitur & ſuſtinetur pars affirmatiua, gloſ.8. num.2.
Hieronimi locus relatus in cap. præſenti 13. quæſt. 2. enucleatur, gloſ.8. num.25.
Hæreſis crimen an abſolui poſsit virtute Iobelei diui Iacobi? gloſ.14. num.8.
Hæreticus omnino occultus an abſolui poſsit virtute Iobelei diui Iacobi? gloſ.14. num.9.
Hæreticus omnino occultus abſolui poteſt virtute Iobelei diui Iacobi,&idem in Sciſmaticis Fautoribus, & Receptoribus hæreticorum, glo.14. num.10.

## I.

IObelei terminos, naturam, & indulgentiæ ignorare, de illis tractaturi a ratione alienum eſt. Præfat. num. 8.
Iobelei quæ cognitio haberi debeat? Prælud.1. num.2.
Iobelei ethimon ſeu ethimologia, Præludi.1. num.3.

Iobeleus idem ſignificat quod quinquagenarius annus, qui Hebræis fuit celebris. Prælud.1. num.4.

Iobelei ethimon ignorarunt nonnulli DD. qui referuntur, & vera erroris redditur ratio. Prælud.1. num.5.

Iobeleus Hebræorum, Romanum, & noſtrum ſignificare aliqui voluerunt, in multis tamen aſsimilantur. Prælud.1. num.6.

Iobeleus a quo tempore in Eccleſia Catholica fuerit? Prælud.1. num.7.

Iobeleus Romanus habuit diuerſas mutationes. Prælud.1. num.8.

Iobeleus differt ab indulgentia, & in quibus. Prælud.1. num.9.

Iobeleus diui Iacobi an anno durante alias gratias ſuſpendat? Prælud.1. num.11.

Iobeleus diui Iacobi an ſuſpendatur per Romanum? Prælud.1. num.12.

Indulgentiæ quæ cognitio haberi debeat? Prælud.2. num.1.

Indulgentiæ nomen æquiuocum, varia in iure ſignificare, & quomodo accipiatur in noſtro tractatu. Prælud.2. num.2.

Indulgentię vera diffinitio traditur ab Authore. Prælud.2. num.3.

Indulgentia quare dicatur relaxatio pœnæ? Prælud.2. num.4.

Indulgentia cur ſit remiſsio pœnæ, & non culpæ? Prælud.2. num.5.

Indulgentia cur ſit remiſsio pœnæ temporalis? Prælud.2. num.7.

Indul

Indulgentia quare concedatur pro peccatis proprijs? Præl. 2. num. 8.
Indulgentia de theſauro Eccleſiæ deducitur. Prælud. 2. num. 9.
Indulgentiæ diffinitio non exauriuit naturam diffiniti, & ſatisfit obiectioni. Prælud. 2. num. 10.
Indulgentiarum vſus antiquiſsimus contra Luterum, & Rophenſ. Prælud. 2. num. 11.
Indulgentiarum alia totalis, alia partialis, quid vtraque ſit, & aſsignantur aliqua exempla. Prælud. 2. num. 12.
Indulgentia in qua conceduntur tot anni, vel dies, quomodo intelligatur? Prælud. 2. num. 13.
Indulgentia diuiditur in plenam, largiorem, & pleniſsimam. Prælud. 2. num. 14.
Indulgentiarum diuiſio in plenam, largiorem, & pleniſſimam rejicitur. Prælud. 2. num. 15.
Indulgentiarum altera ſpecialis, altera generalis. Prælud. 2. num. 18.
Indulgentiarum alia perſonalis, alia localis. Prælud. 2. num. 19.
Indulgentia quam pœnam temporalem remittat, & intelligitur textus in extrauaganti Vnigenitus. Prælud. 2. num. 20.
Indulgentia eſt res ſub præcepto neceſſaria, & quomodo intelligatur? Prælud. 2. num. 21.
Indulgentia cum ſit remiſsio pœnæ temporalis impropriè dicitur indulgentiam abſoluere a culpa, & pœna, & quomodo intelligatur? Prælud. 2. num. 23.

Indulgentiarum qualis debeat fieri interpretatio? & referuntur diverſæ ſententiæ. Prælud.2, num.24.
In Indulgentiarum interpretatione quid faciendum ſecundum authoris ſententiam, Prælud.2. num.25.
Indulgentiarũ gratia quando expiret? Prælud.2.nu.26.
Indulgentias poſſe Eccleſiã concedere negarunt quam plurimi hæretici & referuntur, gloſ.7. num.1.
Indulgentias poſſe Eccleſiam concedere eſt propoſitio de fide,& Catholica,quę poteſtas a Chriſto data fuit, & interpretatur locus Matth.16. quodcumque ligaveris, gloſ.7. num.2.
Indulgentias concedendi poteſtas ſoli Petro, & ſucceſſoribus fuit per ſe, & immediate promiſſa, ab ipſiſque inferioribus communicata, gloſ.7. num.3.
Indulgentias concedendi poteſtas an ſit ordinis, vel iuriſdictionis? gloſ.7. num.6.
Indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiam non meritum proprium,& ita in illis conferendis non attenditur principaliter quantitas operis, gloſ.8. num.3.
Indulgentia quoties conceditur ſub aliqua forma, & vt certum aliquod opus fiat,non poteſt lucrari ſine tali opere, gloſ.8. num.6.
Iobeleus diui Iacobi ſolum eſt ſimilis Romano quoad indulgentias, non quoad alia, gloſ.8. num.8.
Indulgentia inter viuentes an poſsit ab vno per opus factum ab alio comparari? controuertitur, gloſ.8. num.12.
Indulgentia an lucretur pro opere facto ab alio, taliter quod ipſe operans nó lucretur ſibi ſed alteri? gloſ.8. num.15.

Indul-

Indulgentia an lucretur per alium vel non, dependet ex gratia concedentis, gloſ.8. num.16.
Iobeleus diui Iacobi per propriam perſonam lucrari debet, & non per alium, gloſ.8. num.17.
Iobeleus D. Iacobi non poteſt lucrari a defunctis, & an indulgentię poſsint defunctis concedi? intelligiturque Bulla noſtri Iobelei, gloſ.8. num.18.
Indulgentia an per modum ſuffragij concedi poſsit defunctis? in quo certiſsimũ eſt, nec per modum ſuffragij eas extẽdere poſſe ad Cælicolas, ad pueros in Limbo detentos, nec ad omnino damnatos, glo.8. nu.19.
Indulgentias non poſſe extendi ad animas Purgatorij, gloſ.8. num.21.
Indulgentiæ per modum ſuffragij poſſunt defunctis prodeſſe, gloſ.8. num.22.
Indulgentiæ per modum ſuffragij prod ſunt defunctis, quando id declaratur a Pontifice, & non alias, gloſ.8. num.26
Iobeleus diui Iacobi non extenditur ad animas Purgatorij, gloſ.8 num.27.
Indulgentiæ per modum ſuffragij, quomodo differant ab illis quæ conceduntur per modum abſolutionis remiſsiue? glos.8. num.28.
Indulgentia quando conceditur per diem, vel aliud tempus an fideles poſsint eam lucrari toties quoties? reſoluitur cum diſtinctione, gloſ.11. num.1.
Indulgentiam poteſt concedere Eccleſia qua mediante remittatur extra ſacramentum pœnitentiæ reatus pœnæ temporalis, gloſ 12. num.5.
Indulgentiæ quæ ſunt in vſu vtrum relaxent alias pœ-

nas pręter iniunctas pœnitẽtias in ſacramentali fo-
ro? & quid in alijs rebus, in quo referuntur diuerſæ ſententiæ, gloſ.12. num.8.

Indulgentiæ quæ de facto ſunt in Eccleſia remittunt pœnam peccatis debitam, etiam in foro Dei, gloſ. 12. num.9.

Indulgentiæ quæ ſimpliciter, & ſine ãdiectione illa de iniunctis pœnitentijs, non ſolum remittunt pœnitentias iniunctas, & pœnas illis correſpondentes, ſed etiam quaſlibet alias iuxta largitatem conceſsionis, gloſ.12. num.10.

Indulgentię tenor etiam ſi ſit de iniunctis, valet ad remittendas pœnas peccatorum, ſi pro illis nullæ pœnitentiæ iniunctę ſint, gloſ.12. num. 11.

Indulgentia Iobelei diui Iacobi non ſolũ remittit pœnitentias iniunctas, ſeu pœnas illis correſpondentes, ſed quaſlibet alias, gloſ.12. num.12.

Iobeleus diui Iacobi an concedat licentiam abſoluendi a caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ. gloſ.14. num.9.

Iobeleus diui Iacobi habet eaſdem prærogatiuas quas Romanus, gloſ.15. num.1.

Indulgentia an lucretur pro opere facto ab alio, taliter quod ipſe operans non lucretur ſibi, ſed alteri? gloſ. 8. num.15.

L.

LVminaria duo fecit Deus in firmamento Cœli, gloſ.2. num.1.

Lex cum hæres §. ſticus 1. ff. de ſtatu liberis l. fin. C. de conditionibus inſertis interpretantur, gloſ.8. num.

num. 7.
Lex boues §. hoc ſermone de verborum ſignificatione interpretatur ad hoc vt toties quoties quis voluerit lucrare indulgentiam poſsit, gloſ.11. nu.2.
Locus Matth.18. & 16. interpretantur, gloſ.7. num.4.

M.

MAtthæi locus ibi, quodcumque ligaueris interpretatur, gloſ.8. num.23.
Miniſter proprius ſacramenti pœnitentiæ eſt Epiſcopus Diœceſanus, & proprius Parrochus, gloſ.13. num.1.

O.

OPus aliquod poteſt fieri per aliũ tanquam per inſtrumentum quod nomine alterius operatur, vel miniſterialiter exequitur, & an applicetur iſto modo ad indulgentias? gloſ.8. num.13.
Opus aliquod pietatis poteſt fieri per alium tamquam per propriam cauſam proximam ipſius operis, quam quam alterius rogatu, vel incommodum eius id fiat, & an poſsit verificari in indulgentia? gloſ.8. num. 14.

P.

POntifex Maximus multis nominibus ſolet appellari, gloſ.1. num.2.
Pontifex quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei, gloſ.1. num.3.

Pontificalis dignitas & Regia majeſtas creata ſunt à Deo ad ſimilitudinem Solis & Lunæ, gloſ.2 nu.2.

Poteſtas ſupernaturalis lege Euangelica inſtituta interior, & exterior eſt, gloſ.2. num.3.

Poteſtas ſupernaturalis interior, & exterior D.Petro, & ſucceſſoribus data fuit, & in defluxit in inferiores prelatos, gloſ.2. num.4.

Primatus D.Petri inter Apoſtolos probatur ex authoritate Sanctorum & Doctorum,& ſtatuitur concluſio de fide quoad illam, gloſ.2. num.9.

Primatum Petri & ſucceſſorum perpetuum eſſe,& duraturum vſque ad finẽ mundi probatur, gloſ.2.nu.10

Primatus Petri & poteſtas eius immediate a Chriſto Domino, gloſ.2. num.11.

Protectio totius Hiſpaniæ D.Iacobo commẽdata fuit, gloſ.5. num.6.

Paſtoris officium quale ſit, gloſ.7. num.5.

Peregrini qui medio itinere ob infirmitatem, mortem, ſeu aliud impedimentum limina D.Iacobi non viſitarunt an eius Iobeleum cõſequantur? refertur pars affirmatiua, gloſ.8, num.4.

Peregrini qui propter impedimentum poſt iter cœptũ non peruenerunt ad Eccleſiam diui Iacobi Iobeleũ non conſequuntur, gloſ.8. num.5.

Pœnæ temporalis reatus contingit aliquando vt poſt ſacramentum pœnitentię,& Extremę vnctionis ritè ſuſceptum non ſit remiſſus, & quibus remedijs vtamur, gloſ.12. num.2.

Purgatorium eſſe in quo animæ quę ex hac vita decedunt remiſſa culpa, & cum reatus pœnæ temporalis

vbi

vbi ſatisfaciant, gloſ.12. num.3.

Pœnitentia ſacramentalis per indulgentiæ effectum tolli poteſt ſeu relaxari, iuxta modũ ſeu quantitatẽ ipſius, & quomodo intelligatur? gloſ.12. num.7.

Pontifex, Epiſcopus, & proprius Parrochus iure ordinario poſſunt audire confeſsiones, cæteri vero ex delegatione, gloſ.13. num.2.

Presbyteri quamuis in ſua ordinatione poteſtatẽ accipiant abſoluẽdi a peccatis, hoc eſt in habitu, nõ vero in actu, & quomodo intelligatur? gloſ.13. num.3.

Peccata grauiora a principio naſcẽtis Eccleſiæ ſemper ſolita fuerũt reſeruari ſuperioribus Pręlatis, gloſ.14. num.1.

Peccatum cõmittens reſeruatum ex cõfidentia Iobelei, an virtute illius poſsit abſolui, gloſ.14. num.14.

## R.

REi cuiuſque potiſsima pars principium eſt, Pręlud. 2. num.1.

Regum teſtimonio aliquid afferentiũ magna fides datur, gloſ.5. num.5.

Regum Franciæ priuilegia expenduntur ad probandã exiſtentiam corporis B. Iacobi Zebedęi in ſua Apoſtolica Eccleſia, gloſ.5, num.9.

Religioſi qui ſeruant perpetuam clauſuram, & incarcerati non lucrantur Iobeleum D. Iacobi, quod probatur diuerſis fundamentis, gloſ.8. num.11.

Religioſi qui ſeruant perpetuam clauſuram, & carceribus detenti an lucrentur Iobeleum D. Iacobi con-

trouertitur; & refertur pars affirmatiuã; gloſ. 8. nu. 10.

S.

SAcramentum pœnitentiæ inſtitutum fuit lapſis poſt baptiſmum, & quid quando aliquod impedimentum ponitur ex parte recipientis? gloſ. 12. num. 1.
Satisfationem aliquam eſſe neceſſariam in hac vita ſeu in alia poſt mortem pro peccatis dimiſsis quoad culpam, eſt de fide, gloſ. 12. num. 4.
Status gratiæ & vnio charitatis an requirantur tanquã neceſſaria diſpoſitio ad lucrandam indulgentiam? & refertur pars negatiua, gloſ. 9. num. 3.
Status gratiæ & vnio charitatis eſt diſpoſitio omnino neceſſaria ad proprium fructum ſeu effectum indulgentiæ conſequendum, qui eſt remiſsio temporalis pœnæ, gloſ. 9. num. 4.

T.

TExtus in extrauaganti Antiquorum de pœnitentijs & remiſsionibus interpretatur. Prælud. 2, nu. 16.
Textus in extrauaganti Vnigenitus in illis verbis vere pœnitentibus & confeſsis, interpretatur & alia ad propoſitum. gloſ. 9. num. 9.
Textus in extrauaganti Antiquorum de pœnitentijs & remiſſ. in illis verbis Vnuſquiſque plus merebitur, & indulgentiam efficatius conſequetur, &c. Varie interpretatur, & tandem ſententia Authoris interponitur, gloſſ. 10. num 7.
Theſaurus ſpiritualis an ſit in Eccleſia qui per indulgentias

gentias diſpenſari valeat, gloſ.12. num.13.
Theſaurus Eccleſię qui per indulgẽtias diſpenſatur, an conſtet ex ſatisfationibus ſanctorũ? gloſ.12.nu.14.
Textus in extrauag.1.& 2. de pœni.& remiſ. interpretatur quoad noſtrum Iobeleum circa abſolutionem reſeruatorum, gloſ.14. nu.7.

## V.

VOtum & ſi inter promiſsiones humanas nõ connumeretur, habet cum illis affinitatem. Præfat. nu.1.
Voti pręcipuus actus eſt virtutis Religionis, qui omnes alias morales antecedit Præfatio, nu.2.
Votum quanti apud Deum, opt. maxim. habeatur Pręfat. num.3.
Vouendi vſus non ſolũ apud vere fidei profeſſores, ſed apud Ethnicos totiusque orbis incolas receptus, Pręfat. num.4.
Votum peregrinationis quanti habeatur apud Pontifices. Præfatio, num.5.
Votum peregrinationis, maxime vltra marinum difficilius diſpenſatur, Præfatio, num.6.
Votum diui Iacobi celebre in vniuerſo, ideoque multis prerogatiuis a Pontificibus eſt munitum, maxime Iubileo annali, quando eius feſtiuitas venerit in Dominica. Præfat. num.7.
Verba Bullæ Iobelei ſanctam Compoſtellanam Eccleſiam B. Iacobi Zebedęi cuius in ea venerandum corpus honorifice eſt poſitũ; expenduntur ab authore ad confutandos errores aliquorũ qui contrarium affirmant, gloſ.5. num.1.

Viſitare

# INDEX.

Viſitare Eccleſiam D.Iacobi anno Iobelei eſt de formã ſubſtantiali, & quomodo fieri debeat iſta viſitatio, gloſ.10. num.1.

Viſitare Eccleſiam D.Iacobi adeo neceſſe eſt de forma Iobelei, quod licet per impotentiã vel naturalẽ obliuionem ſeu quamlibet aliã cauſam quantumuis inuoluntariam opus omittatur effectus indulgẽtiæ ceſſat. gloſ.10. num.2.

Viſitatio Eccleſiæ D.Iacobi anno Iobelei quomodo fieri debeat? gloſ.10. num.3.

Viſitare intendens Eccleſiam D. Iacobi anno Iobelei, ſi non poteſt ingredi Eccleſiam propter multitudinẽ peregrinorum ſufficit quod extra illam orationem faciat. gloſ.10. num.4.

Viſitare Eccleſiam D. Iacobi an ſit neceſſe anno Iobelei ab Incolis per triginta dies, & ab exteris per quindecim? gloſ.10. num.5.

Viſitantes Eccleſiam D.Iacobi anno Iobelei, vel facientes opus ad quamcumque indulgentiam requiſitum an ſtatim, & æqualiter fructum eius conſequantur, late diſcutitur, gloſ.10. num.6.

Viſitãtes Eccleſiam D.Iacobi anno Iobelei an portam ſanctam vulgo (del Perdon) ingredi teneantur, vt conſequantur indulgentiam, gloſ.10. num.8.

Viſitantes Eccleſiam D.Iacobi Iobeleum cõſequuntur, quando feſtum eius venerit in Dominica, a veſperis Circũciſionis per totum annũ integrũ, gloſ.10. nu.9.

Verba aliquarum indulgentiarũ in quibus dicitur quod conceditur indulgentia a culpa & pœna quomodo intelligantur. Prælud.2. num.6.

FINIS.

COMPOST·ACAD· REG·